

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Heinrich Majus Andreas Ludovicus Hepplen

**Disputatio Theologica: In Qua Quaestiones Selectae Controversae De  
Iustificatione Hominis Forensi, Quae His Etiam Temporibus Potissimum Sunt  
Motae, Una Cum Praecipuis Aliis Argumento Huic Cohaerentibus, In Quantum  
Fieri Potuit, SOLide Ac Modeste Resoluuntur**

Gissae-Hassorum: Mullerus, 1708

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn841408491>

Druck Freier  Zugang





Fa- 1092(98)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn841408491/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn841408491/phys_0004)

DFG

13.

DISPV TATIO THEOLOGICA:  
IN QVA  
QVAESTIONES SELECTAE  
CONTROVERSAE

DE

IVSTIFICATIONE  
HOMINIS FORENSI,

QV AE HIS ETIAM TEMPORIBVS POTISSIMVM  
SVNT MOTAE,

VNA CVM PRAECIPVIS ALII ARGVMENTO HVIC  
COHAERENTIBVS,

IN QVANTVM FIERI POTVIT,

SOLIDE AC MODESTE RESOLVVNTVR.

QVAM

PRAE SIDE

DN. IOH. HENRICO MAIO,

S. S. THEOL. D. EIVSDEMQUE AC LL. ORIENT. P. P.  
LONGE CELEBERRIMO, ECCLESIARVM ALSFELDENSIS ET  
MARPVRCGO-DARMSTATINI DISTRICTVS SVPERINTENDENTE  
VIGILANTISSIMO, CONSIST. ASSESS. GRAVISSIMO, ALVMNORVM  
EPHORO, AC PAEDAGOGIARCHA MERITISSIMO,

PATRONO, PRAECEPTORE AC HOSPI TE SVO,  
OMNI HONORIS OBSERVANTIAEQVE CVLTV PROSEQVENDO,

D. XXV. OCTOB RIS A. MDCCVIII. H. L. Q. C.

PVBLINE DEFENDET

AVTOR

ANDREAS LVDOV. HEPPL EN,  
GVSENSTADIO-WVRTEMBERGICVS.

GISSAE-HASSORVM, Typis HENNINGI MULLERI.

34

333

31

30

29

28

27

26

25

24

23

22

14

15

16

17

ДИАЛЯМУНДА  
САТОВЕРГАДАРЗАВО  
ДОДОЧИ

УСТИГАНИЕ  
БУДЬ СИМОН  
МУЛАТОВ СУСАНОВ МАНЕ ВИ БАУ  
СУВОРОВ СУСАНОВ МАСЛОВИЧИ  
СУТОРЫХ МУТРАУОИ  
ДУКАНОВА АМОДА ВИ ЕСИЛЕ  
ГАВ  
БАСКА

ОИАМ СОИИИ НОИД  
ДИАЛЯМУНДА  
САТОВЕРГАДАРЗАВО  
ДОДОЧИ

УСТИГАНИЕ  
БУДЬ СИМОН  
МУЛАТОВ СУСАНОВ МАНЕ ВИ БАУ  
СУВОРОВ СУСАНОВ МАСЛОВИЧИ  
СУТОРЫХ МУТРАУОИ  
ДУКАНОВА АМОДА ВИ ЕСИЛЕ  
ГАВ  
БАСКА

*MAXIME VENERANDI  
IN DVCATV WVRTEM-  
BERGICO*  
**CONSISTORII**  
**ECCLESIASTICI**  
**DNO. DIRECTORI**  
*AC*  
**DNS. ASSESSORIBVS**  
**GRAVISSIMIS:**  
*VIRIS PER-ILLVSTRIBVS,  
MAGNIFICIS, SVMME REVEREN-  
DIS, CONSVLTISSIMIS, EXCEL-  
LENTISSIMISQVE,*  
**PATRONIS OMNI, QVA DECET,**  
**A NIMI SVBMISSIONE ET**  
**OBSERVANTIA DEVENERANDIS.**

ATQVE POST EOS  
VIRO  
*NOBILISSIMO AMPLISSIMO QVE,*  
DOMINO  
**IOH. GEORGIO HEPPLEN,**  
CONSILIARIO WVRTEMBERGICO, ET REI  
METALLICAE DIRECTORI PRIMARIO,  
PARENTI SVO, FILIALI AMORE ET OBSEQVIO  
AETER NVM PROSEQVENDO:

VT ET

VIRO  
*PRAENOBLI AMPLISSIMO QVE,*  
DOMINO  
**IOH. CHRISTOPHORO**  
**WAGNERO,**

DISTRICTVS IN EODEM DVCATV AD MONA-  
STERIVM LAVREACENSE PERTINENTIS PRAE-  
FECTO MERITISSIMO,  
PATRONO COGNATIONE ET AFFINITATE CON-  
IVNCTISSIMO, PLVRIMVMQVE SIBI FACIENDO.

*HANC DISPUTATIONEM THEOLOGICAM,*  
DE PRAECIPVO CAPITE DOCTRINAE EVANGELICAE  
AGENTEM, IN TESTIMONIVM DEBITAE OBSERVANTIAE  
ET CVLTVS, CVM OMNIGENAE FELICITATIS  
APPRECIATIONE,

*D. D. D.*

ANDREAS LVDOVICVS HEPPLEN.

## PRAEFATIO.

Vo sunt præcipue, mi LECTOR, qua  
 nosse te cuperem, antequam ad has Dispu-  
 tationis mea pagellas vel legendas te confe-  
 ras, vel judicandas: ea nempe, de quibus  
 ipse Tibi rationem à me reddi postula veris, Electio The-  
 matis, ejusque tractandi Methodus. Et THEMA  
 quidem quod attinet, ut ut vulgare nimis & proletarium  
 quibusdam fortasse videatur; mihi tamen, ut pro ar-  
 gumento id mihi sumerem, visum longe est dignissimum.  
 Tanta enim apud me divinæ hujus Doctrinæ est Exi-  
 stimatio, ut majorum exemplo, qui suo tempore à Dei  
 Spiritu excitati, illam, Pontificiis tenebris obscuratam,  
 denuo illustraverunt, atq[ue] instaurarunt, itidem me illius  
 Meditatione delectari semper mihi nihil prius, nihilq[ue]  
 posterius fuerit; utpote qua, (testante Apol. A. C.)  
 dolentibus & afflictis conscientiis in Sacra Scriptura  
 maximum in solatium est consignata. Quibus egre-  
 gios testibus et si ego equiparari haud possum: communis  
 tamen gratia & me participem esse velle, cur mihi  
 testari minus liceat, non video. Eandem scilicet pre-  
 tiosam

tiosam Fidem, (*et si non in eodem gradu & mensura,*)  
 cum Patribus nostris, *imò ipsiis Apostolis, accepi-*  
*mus, illaq̄ & delectamur, & alii eandem commenda-*  
*mus.* Accedit, quod speciosa etiam quorundam, &,  
*ut ego quidem judico, non indoctorum, (quorum ta-*  
*men Nominibus parcere volui,) Objectiones, adver-*  
*sus Doctrinae hujus veritatem his nostris quoque tem-*  
*poribus prolatæ, ad specimen hoc edendum me permove-*  
*rint: quas & in mei ipsius gratiam ad veritatis Regulam*  
*examinari tanto magis mihi cura erat, quanto maiores*  
*mihi ipsi scrupulos per eas antehac fuisse motos non diffi-*  
*teor. Q*uod Examen cum ab aliis menti mea congruen-  
*ter susceptum esse mihi non constaret: proprias animi in*  
*eo periclitari vires, præsertim cum colendi cuiusdam viri*  
*accederet persuasio, facile me adduci passus sum. Deinde*  
*quod **METHODVM** tractandi attinet: de eo maxime*  
*laboravi, ut, quoad fieri posset, facilis ac perspicua, mode-*  
*sta insuper ac solida, hæc mea scriptio extaret; quod, an*  
*affecitus sim, benevolo aliorū judicio relictum volo. Enim-*  
*vero non parva est argumenti hujus recte ac sobrie tra-*  
*ctandi difficultas: cum semper inter duo extrema illud*  
*mihi possum sit visum; ita ut vera Pietas ea una parte ab*  
*EPICVREISMO, ex altera autem à PHARISAEIS-*  
*MO per Doctrinam hujus abusum aut falsum intellectum,*  
atq[ue]d  
magnum

magnum pati detrimentum videretur. Ad scopulos itaque bosce evitandos, ( et si hanc meam Disputationem magis artificialiter disponere potuisset, ) haec mihi tractandi ratio, qua totum Thema, & omnia, quae circa illud recte explicandum momenti alicujus esse possunt, in certas Quæstiones resolutum, citra omnes ambages & Methodi Difficultates, distincte sisteretur, ut maximè commoda imprimis placuit. Quod ipsum cum executus sum: non tam propositum mihi fuit, ipsos adversarios errantes, quam adversariorum errores adoriri, sicque mentem potius meam circa hanc Veritatem, ex Sacris Litteris haustam, ulterius confirmare atque declarare. Cumque mihi proinde de Veritate tuenda magis, quam de consecienda eximii Disputatoris gloria ac laude agere fuerit propositum: si qua forte minus recte à me dicta fuerint, ea, tantum abest, ut pertinaciter urgere velim, ut cuilibet potius, rectiora ac meliora monstraturo, facile me sim consentientem prabiturus. Quo ipso proposito accinctus, nullas quoque tibi novas sententias, majorum scriptis contrarias, in hac qualicunque Disputatione temere commendo vel obtrudo, nec ullos errores incrassare studui. Major sane apud me est B. Lutheri, aliorumque, qui tunc temporis floruerunt, piorum confessorum Autoritas, quam ut temerario ausu quicquam eis derogare sustineam.

stineam. Hoc tamen est, quod optarem, ut omnes illi, qui  
 verbo quidem illorum in restauranda ac vindicanda  
 Fide Heroum sententia accedere videri volunt, in praxi  
 quoque & opere eandem Veritatem, tanquam Epistola  
 ab ipso Spiritu Sancto scripta, expresſiffent ac exprime-  
 rent. Ceterum, cum hac mea qualiscunqz opella, cum  
**SUMME VENERANDI DN. PRAESIDIS,**  
 Viri de Ecclesia pariter & Academia jam pridem opti-  
 mè meriti, ac indies adhuc merentis, cum quoque **AL-**  
**TERIVS CVIVSDAM VENERANDI VIRI,**  
 cuius insignis Doctrina Philosophica, cum profunda re-  
 rum Theologicarum peritia conjuncta, hanc Ludovicia-  
 nam adificat pariter & exornat, Doctrinâ, consilio  
 & ope in multis haud parum fuerit adiuta: non pos-  
 sum non & illud publicè profiteri, Illisque eas, quas ideo  
 merentur, gratias decernere. Mibi autem, in hac qui-  
 dem palaestra adhuc minus exercitato Militi, defectus  
 meos facile condonabis Lector: Sed sperabis tamen si-  
 mul, fore, ut si aliquando factus sim exercitator, &  
 apparatu Theologico instructior, perfectiora Tibi dare,  
 &, pro virium divinitus concessarum modulo, etiam pu-  
 blice magis prodesse haud sim neglecturus. His Deo, &  
 Gratia ipsius Verbo commendatus Vale, ac Ve-  
 ritati mibique fave.

---



## QUÆSTIO I.

**QUOMODO STATUS QUÆSTIONIS PRIMA-  
RIÆ ET INTEGRÆ, quæ universam de Justifi-  
catione Doctrinam adæquate referat, possit quam rectif-  
simè formari?**



Anc non sine ratione do quæstione primaria præmittere volui quæstionem; utpote in qua generalis totius meæ sententiaæ conceptus se conspiciendum præbeat, & ex qua specialiores deinceps quæstiones, quas generalis hæcce continet, rectissime deduci possint. Multum enim compendiosam ejusmodi & integrum Doctrinæ cuiusdam propositionem ad accuratam & bene ordinatam facere cognitionem arbitror; cum totum totius Thematis complexum lectori uno conspectu ob oculos ponat, efficiatque, ut is veram de veritate defendenda sententiam sine operosa inquisitione primo fere intuitu assequi queat. Evidem hoc labore videbor ideo me supercedere potuisse, quod jam in plurimis Theologorum scriptis, quæ de hac agunt materia, (præsertim apud Hæpfner. in Tr. de Justific.) hæc quæstio disceptatiove sat bene declarata deprehendatur: hoc tamen non obstante quæstionem primariam sequenti modo informatam volui apponere, ut animi mei sensa, quæ cum respectu ad potiora omnia hujus Doctrinæ momenta hic generatim indicantur, in eis est concipiendus status: An secundum veritatem divinam, in S. Scriptura revelatam, revera detur ejusmodi justificatio forensis & judicialis externa, qua in judicio di- vino criminali, eoque in summo rigore suo hic spectando, constitutas unusquisque homo peccator, propriaque justitia, quam Lex divina perfectissimam requirit, hoc ipso destitutus, sed serio tamen resipiscens, & meritum Christi pro toto genere humano, proindeque pro omnibus & singulis homini- bus satisfactorium, vera vivaque fide, per verbum Evangelii in ipso ex- citata,

A

citata,

34.  
33.  
32.  
31.  
30.  
29.  
28.  
27.  
26.  
25.  
24.  
23.  
22.  
14.  
15.  
16.  
17.

citata, respiciens & apprehendens, sibique singulariter applicans, ita justificetur, ut quantum ad hunc justificationis Actum strictè pertinet, sine ulla respectu ad propriam suam, quam ex viribus vel Natura, vel Gratia, sive inherentem habuerit, sive operantem jam praesliterit, justitiam qua tales, tantummodo propter alienam Christi, qua credenti tanquam propria imputetur, justitiam ac Meritum, ex solo gratuito Dei favore, habeatur & declaretur justus, sicque non tantum Remissionem peccatorum, seu non imputationem iniustiae propria, sed quoque imputationem justitiae perfectae alienae, atque simul cum ea & per eam Filiationem adoptivam, pendentemque ab ea Hereditatem, & possessionem Bonorum celestium, ex dicta gratia divina consequatur? Hæc ad statum principalis cause sufficere opinor. Quod si vero fortasse aliqua in hac quæstione posita nondum satis clara videantur: ea sequentibus specialioribus quæstionibus futura, clariora, nullus dubito.

## QUÆSTIO II.

*Quale sit vocabulum Justificationis, & quanam illius significatio?*

**L**atinum *Justificationis* vocabulum, Ecclesiastis scriptoribus familiare, apud profanos Latinitatis purioris Autores non occurrit. Unde mirum quoque non est, quod Andradius petito *Chemnitii* in producendo classici Autoris loco satisfacere haud potuerit; sicuti ipse *Chemnitius* memorat in Examine Cone. Trident. Part. I. p. 236. edit. Francof. in 8. Unicus quidem est, ad quem Lexicographi provocant, *Catulli* locus, Carm. 65, sub finem, ubi vocabulum *Justificus* habetur, quando omnia fanda nefanda malo permista furore, dicuntur *justificans* nobis mentem avertisse Deorum. Ast uti aliud nomen est *Justificatio*, atque aliud *Justificus*: ita & significatio utriusque multum differt; quia *Justifica* Deorum Mens, ibi non est *justificans* seu *justos faciens*, sed *juste faciens* vel *agens*, *justeque agendo se delectans*. Restat igitur, ut de usu ac sensu vocabuli *Justificationis* Ecclesiastico hic videamus: quem si in maxima sua, quam Etymologia vocis subministrat, latitudine spectemus; certum est, quod verbum *Justificare*, unde Nomen hoc descendit, significet nihil aliud, quam *justum aliquem* quoque modo facere; sive ex *injusto* per id *stat justus*, sive ex *minus justo* adhuc *justior*. Quare & Pontificiorum Distinctio inter *Justificationem* pri-

matis

mam & secundam generaliter spectata, recteque applicata, fundamen-  
to suo non prouersus deſtituitur. conf. D. Speneri Glaubens-Gerechtig-  
keit wider D. Breving. p. 904. seq. p. 1171. & p. 1172. ubi D. Calov.  
etiam citatur. Hoc generali significatu hic ſupposito, triplici modo  
potest aliquis iustum aliquem facere: [1] creando iustum, quando ipſi  
infunditur Iuſtitia. [2] reputando iustum, quando ipſi imputatur Iuſtitia.  
[3] docendo iuſtitiam, quando ad Iuſtitiam quis informantur aut in-  
ſtruitur. Hinc bene Kromayerus in Theol. Positivo-Polemica Art. XI.  
Antith. I. dicit: *Iustum facit non tantum*, qui alicui *Iuſtitiam infundit*,  
ſed & qui à reatu *absolvit*, & ad *Iuſtitiam erudit*. Triplici hoc te-  
ſpectu, *Iuſtificatio*, (Etymologicè & generaliſſime hic accepta,) triplici  
potro modo poterit diſtingui: ita, ut ſit vel [1] interna & physica, qua  
quis internè iustus cretur, & inhaerentem adipiceſetur iuſtitiam; vel  
[2] externa & politica, qua quis externe iustus cenſetur ac declaratur, &  
imputatam Iuſtitiam conſequitur; vel [3] media inter utramque, vel ad  
utramq; reſpectiva, quæ forſitan non incommode didactica poterit vocari,  
qua quis docendo ad impetrandum vel internam vel externam Iuſtitiam  
inſtruitur. Quem triplicem ſignificatum ab uſu Patrum Ecclesiastico  
non prouersus abhorrete, ipſe etiam Cheroniius cit. loc. non potest diſſi-  
teri. Apud inſimæ autem Latinitatis ſcriptores *Iuſtificare* aliquem idem  
fere ſignificat, ac facere alicui ſecundum *Iuſtitiam*, aut ſecundum *jus* &  
*legem* aliquem tractare: id quod fit *absolvendo* vel *condemnando*, defen-  
dendo vel *accusando*, *premia* vel *pœnas tribuendo*; quotum proinde  
vel *utramque*, vel *alterutram* hac voce ſignificari ſoleat, ſimulque pa-  
tet, quod & hæc *Iuſtificandi* ratio ad illam, quam externa & politi-  
cam diximus, propinque admodum accedat. conf. Caroli du Fresne  
Gloſſar. ad ſcriptores media & inſimæ Latinitat. ſub voce *Iuſtifico*: quo  
ſenuſ an & apud Patres Latinos vetuſtioris ævi reperiatur, aliis inve-  
ſigandum relinquo. Hic loci autem, cum non tam ſit quæſtio de Sen-  
tu vocis Ecclesiastico, quam Biblico: jam ad illas potius voces, quibus  
in Ebraic & Gracis S. ſcripturæ fontibus *Iuſtificatio* exprimitur, reſpi-  
ciendum nobis erit. Has ſi intueamur: bene à Theologis noſtrati-  
bus, (cum quibus & Reformatos haud inſrequentur in eo facere animi-  
advertisimus,) eſt obſervatum, Ebræum יְהוָה & Græcum δικαῖος uſu  
Biblico pro *Iuſtificatione* externa & politica, (quam *judicalem* & *foren-ſen*  
vocant,) potiſſimum venire, & aliter vix ullo in loco accipienda  
eſſe. Quam ſententiam præ aliis strenuè defendit D. Sebaſt. Schmidius in

Dissert. de Justificat. I. p. 13. Attamen cum aliqua saltem scriptura loca, (e. g. Es. LIII. 11. Rom. VIII. 30. Apoc. XXII. 11.) produci posse videantur, ubi voces illæ in generaliori minimum significatu, ideoque pro interna & externa Justificatione simul, commodissime videntur posse accipi; atque etiam secundum bonam maximeque commendandam Hermeneuticorum Regulam, voces illæ, quæ generaliorem in contextu admittant significationem, ad specialiorem sine urgentissima necessitate non sint restringenda: liceat hic mihi illorum sententia potius accedere, qui voces illas ad internam quoque Justificationem quibusdam in locis esse referendas existimant: quemadmodum & locus Dan. XII. 48. de Justificatione doctrinali, quæ internam & externam potest respicere Justitiam, est merito accipiens. Neque vero Pontificiorum causæ singulariter exinde commodum accedit, ut potius causa sua magis videantur per id ipsum excidere, si ea ipsis nonnunquam concedamus, quæ salvo contextu, salvaque veritate significationis specialioris, concedi poterunt. Quare optimè Chemnitius noster cit. loc. Utin ostenderetur, ait, (quod tamen certo & evidenter non facile probari posse existimat,) verbum Justificare in quibusdam scriptura locis habere illam, de qua Pontificii dicunt, significationem; de summa tamen rei, de qua agimus, nondum conclamatum esse. Non enim proprie esse questionem, quid verbum Justificare in aliis scriptura locis significet; sed hoc queri, quam significationem habeat in illis scriptura locis, in quibus Doctrina Justificationis, (specialiori acceptæ sensu,) tanquam in sua sede tradatur & tractetur. Agnoscit hoc & ipse B. Schmidius in cit. Dissertat. I. p. 13. ubi scribit, quod minime nobis incumbat probare, Verbum Justificare in omnibus, quibus occurrit, locis usurpari more forensi; neque enim nobis obesse, si in uno vel altero loco aliter usurpetur. Idem porro etiam confirmat Apol. Aug. Conf. Edit. Lips. p. 73. ubi expresse dicitur; quod Justificari significet ex injustis justos effici, seu regenerari, ideoque etiam justos pronunciari sive reputari. Utroque enim modo loqui scripturam sacram conf. etiam Artic. Schmalcald. de Justif. p. 335. seq. ubi patet, quod & Lutherus Justificationis vocem in extensione hac acceperit, de cuius mente quoque constare potest ex versione loci Apoc. XXII. 11. quem ipsum de inherentie quoque justitia accepisse B. Seb. Schmidius Dissert. cit. p. 19. conffitetur. Cæterum quod & ipsa Justificatio externa & forensis ratione Aetuum Justificantis cætenuis in externam atque internam denuo

denuo distingui queat, quatenus ille, qui civiliter aliquem justum censet,  
aut animo tantum id facit, aut verbo quoque & externo signo; cui  
civilitate facile patere poterit.

### QUÆSTIO III.

*Quid Theologi velint intelligi per Justificationem Forensem,  
& quæ ratio sit, cur hanc Forensem ab omni alia adeo so-  
licitè distinguant?*

**F**ORENSE sine dubio à Foro dicitur: FORUM autem cum lo-  
cum illum inter alia designet, in quo publica celebrari solebant ju-  
dicia, facile apparet, quod *Forensis Justificatio* h. l. dicatur pro *Judi-  
ciali*, h. e. pro ea, qua in Judicium vocatus aliquis secundum Jus &  
Legem sententiam *Judicis* expectat, per quam, si justus deprehensus fue-  
rit, ab omni reatu absolvitur, ac justus declaratur. Cumque nullum  
sit dubium, quin etiam *Homo peccator* ad Deum conditorem suum quæ  
*Judicem justissimum* ac *severissimum* necessarium habeat respectum, in  
eiusque criminali ac rigoroso judicio per conscientiæ propriæ, satanæ-  
que accusationem, etiam ante extremum judicium ita hic in tempore  
constituatur, ut nisi in illo judicio *Justificationem* obtinuerit, æternæ  
condemnationis reum se esse sentiat: nemini sane obscurum per id  
esse potest, quod Theologi per *Justificationem Hominis Forensem* in-  
telligent nullam aliam, quam *eam*, qua *Homo peccator* in *Judicio Dei*  
*criminali summeque rigoroso constitutus*, & *reconciliationis* cum *Deo adhuc*  
*expers*, non potest non habere opus. Et quemadmodum acceptio-  
nem hanc *Forensem* multis S. scripturæ locis passim illustrate, ac con-  
firmare illi solent: ita certe gravissimis ducuntur Rationibus, cur  
hanc *Forensem* seu *Judicialem Hominis Justificationem*, (quam supra  
externam quoque & pollicam diximus,) cum *interna & physica* aut  
omni alia nullo modo esse confuendam diligenter moneant. Sive  
enim ut *Irregenitus* spectetur *Homo peccator*, sive etiam ut *Regenitus*:  
neutro sanè respectu *Justificationem*, de qua diximus, in *judicio divino*  
constitutus obtinebit. Non priori respectu; quia ut *Irregenitus* non  
est ex *Deo natus*, sed potius iræ *Filius* per ipsam *Naturam corruptam*  
deprehenditur, ac nullam proinde habet inhærentem *justitiam*, de  
qua possit in *judicio divino* gloriari. Nec posteriori respectu, quia ut  
*Regenitus* quoque *justitiam* inhærentem *omnibus numeris* *absolutam*

in hac vita, qua gerit σωμα της λατεινωσις, non consequitur, qua pos-  
sit adversus Legem diuinam accusantem omnino se tueri. Imo etsi  
quis Justitia inhærente vel perfectissimā gauderet, ita ut Legi de futuro  
posset per eam satisfacere: nondum tamen constaret ratio, qua ab  
injustitia præterita posset divino in Judicio absolvī. Hoc igitur rigorosum ac severum Dei Judicium cum vel sanctissimi ac piissimi quique  
Homines exemplo Mosis, Exod. XXXIV. 7. Job. c. IX. 2. coll. cum  
cap. XV. 15. ut & Davidis. Ps. CXLIII. vers. 3. semper deprecati sint,  
ac Paulus quoque Rom. III. hoc ipsum gravissimis testimoniosis confir-  
met: Profecto ille haud levis Doctrinæ Christianæ est Articulus, quo  
docemur, quomodo isthac divini judicii rigore perterrita planeque  
conculsa Hominis conscientia, cum propria justitia confidere nequeat,  
certum aliquod solatum refugiumque aut asylum possit invenire,  
quo tuta esse possit adversus severam istam Dei Judicis Justitiam.  
Præterea satis quoque hoc comprobant Exempla illorum hominum,  
qui, postquam seriae pœnitentiae vias iniverunt, hos terrores intimè  
persenserunt, aut saltem in tentationis statu, inque ipso mortis agone  
eosdem sunt experti. Qua de re legi meretur B. D. Speneri concio  
Funebris habita Berolini Anno 1698, in honorem Petri Dockii, Theol.  
Sind. ad Ps. LXXXVIII. 4-10. ubi de tentatione ista spirituali, quam  
vel ipsi pii ex horrendo peccatorum divinique solatii se subducentis  
sensu quandoque experiuntur, solide agitur, ut alios huc pertinentes  
Autores taceamus. conf. tamen etiam Chemnitius in Exam. Conc. Tri-  
dent. P. I. p. 239. ubi diligenter considerandum esse dicit, quare spiritus  
S. Doctrinam justificationis verbo judiciali proponere vulnerit. Homines  
enim profanos, securos & Epicureos existimare, leve & perfunditorum quid  
esse justificationem peccatoris: ideo de peccato non admodum esse solici-  
tos, & reconciliationem cum Deo non serio expetere, nec diligentia aliqua,  
ut eam retineant, studere. Quorum falsam persuasionem & Fiduciam  
sicuti pluribus cit. loc. refutat: sic ad sanctorum quoque Hominum  
Exempla ibidem provocat, & dicta Bernhardi exemplo singulati spe-  
cialiter confirmat. Ex quibus omnibus inter se collatis hoc denique  
consequitur, quod Theologi per Justificationem Forensem non deli-  
gnent judicialem quamcunque, qualis illa forsitan censeri possit, qua in  
judicio Dei reconciliati paterno & veluti amico locum habere queat; sed  
judicialem strictè dictam, ubi Deus ejusque justitia vindicativa Homi-  
nem peccatorem, qua talem, ante tribunal suum sistit, & secundum ri-  
gorem Legis eum judicat.

QUÆ-

## QUÆSTIO IV.

**P**ossitne sola externa & politica Justificatio Forensis dici; aut, an & interna seu physica pro Forensi quodammodo haberi queat?

**C**um externa & politica Justificatio illa ipsa sit, quam Forenses Theologi vocare solent, quamque à physicâ & interna Justificatione sic distinguunt, ut hanc dicant esse Justitiae Productionem aut infusione, illam autem tantummodo justitiae imputationem ac declaracionem; Formæ vero hujus utriusque Justificationis non possint aut debent confundi: Certum sane est, quod interna & physica justificatio, quatenus in se & formaliter spectatur, pro Forensi haberi nullo modo possit. At quia fieri tamen potest, ut ille, qui in Judicio aut Foro iuratus declaratur, propter internam & inherentem Justitiam à Judice pro justo reputari queat; siveque interna illa & physica justitia, et si eam Judex qua talis ipse non producat, Fundamentum tamen ei possit praebere, ad aliquem, si quis ea polleat, pro justo declarandum: certe hoc respectu, si in abstracto ac citra applicationem rem consideremus, minime repugnat, ut illa, quam internam diximus, justitia pro Forensi, h. e. pro tali, cuius in Foro possit aliquis respectus esse, saltem Fundamentaliter haberi queat. Agnoscit hoc & ipse Dn. Poiretus Oecom. Div. Libr. V. c. VIII. §. 1. num. 2. & 25. ubi expresse scribit, justificationem sensu suo proprio ac distinctissimo non in gratia quadam infusa consistere, sed potius in actu Dei Forensi & declarativo; et si in eo dissentiat à nobis, quod illa declaratio divina non tam habeat pro fundamento Justitiam Christi imputatam, sed potius infusam, quam Justificationem Forensem idcirco dicit antecedere, cum ex adverso infusam nos potius Forensi postponamus.

## QUÆSTIO V.

**A**nnon proinde Justificatio etiam Forensis generaliter & abstractè vel in se spectata duplē admittat respectum, sc. ad justificandi justitiam vel internam & propriam, vel externam & alienam?

**C**onsultò hie loquimur de Justificatione Forensi generaliter & abstracte, vel in se spectata: quia nondum nobis hic sermo est de Ju-

stificatione Forensi in applicatione ad Hominem peccatorem, coram iudicio divino justificandum; sed eo tantum tendit hæc nostra meditatio, ut Justificationis Forensis conditiones spectemus primo generaliter, atque ad formandos de ea conceptus tanto clariores ponamus Fundamentum. Hoc monito præmiso dubitare haud possum, quin uterque respectus in Forensi Justificatione possit habere locum. Qui cunque enim judicialiter pro justo declaratur; ille non potest hanc declarationem judicialem nisi ex duplice causa obtinere, hoc est, ex ratione iustitiae vel externa & aliena, vel inherentiæ ac propria. Fluit hæc assertio ex illis iplis fundamentis, quæ ad quæstionem præcedentem jam dum sunt exposita: ubi etiam conferri possunt, quæ de Imputatione, quæ nitor meritis propriis vel alienis, eruditæ commentatus est Ilustr. Pufendorfius L. I. de Jure Natur. & Gent. c. IX. §. 2. & 3. & videatur locus ex Apol. A. C. supra ad quæst. II. jam productus.

## QUÆSTIO VI.

*An duplex hic respectus etiam locum habeat in Justificatione Forensi Hominis Viatoris coram Deo?*

Quæ ad præcedentem quæstionem generaliter tantummodo sunt dicta & prolata; ea jam in applicatione specialiori, veniunt spe-  
ctanda. Hinc, etiæ Justificationem Forensem abstracte & generaliter con-  
sideratam utrumque admittere respectum facile nobis fuerit conces-  
sum; fortassis tamen non æque concedetur, quod in hac specialiori  
applicatione idem admitti possit. Quare, ut paucis mentem meam ex-  
plicem: sentio quidem, utrumque respectum suo modo & hic posse ha-  
bere locum; sed quisnam sit ille modus, probe ac circumstet definiti-  
est necesse. Certum sane est, quod etiam interna & inherens Hominis  
Iustitia, (præsertim ea, quæ ipsa gratia Dei per Spiritum S. in nobis  
operatur,) in iudicio divino haud reticendum habeat respectum, &  
ideo à Deo attendatur: [1] quia Deus in Legi sua iustitiam inheren-  
tem à nobis postulat, & id, quod Legi iplius est conforme, in quan-  
tum tale est, non potest non respicere. Apoc. III. 2. [2] quia inherens  
fidelium iustitia ipsius Dei opus est, quod is, qua tale, non potest  
odio habere. Joh. III. 21. [3] Quia pietas seu iustitia inherens habet  
promissionem hujus & futuræ vitæ, & Deus in iudicio novissimo  
unicuique pro suis operibus retribuet; 1. Tim. IV. 8. 2. Cor. V. 9. 10.

[4] Quia

[4] Quia pii & fideles adversus criminationes & accusations de operum suorum iustitia ad justum Dei tribunal persæpe provocant, Deumque testem suæ innocentia appellant. Psalm. VII. 4, 5. seqq. Ps. XVIII. 21. seqq. I. Joh. III. 21, 22. [5] Quia ipsi nostrates Theologi fatentur, Deum etiam ut justum judicem bona piorum opera respice-re, illisque delectari. I. Joh. III. 22. Ebr. XIII. 21. Col. I. 10. conf. Form. Conc. p. 700. D. Isaaci Faustii egregia Dissert. de Fide bonos fructus pa-riente, & Hoepfnerus in Tract. de justif. p. 31. & 158. In hunc modum si explicetur judicialis inhærentis iustitiae respectus: nemo sane eundem poterit in dubium vocare. Sed quisquis ille fuerit; nondum tamen talis hinc emergit respectus, qualis ad omne Justificationis ferendum punctum hic requiritur. Scilicet cum inhærentis nostra Justitia, & illa ipsa etiam, quam spiritus gratiæ in nobis efficit, summæ perfectionis Laudem vix in hac vita consequatur; in forensi autem Judicio secundum divinæ iustitiae rigorem non nisi perfecta requiratur, ideoque propriæ iustitia defectus alienæ iustitiae perfectione sit supplendus: puto jam luculenter ex eo apparere, cur in illo divini judicii rigore non inhærentis & propria, sed externæ atque alienæ iustitiae haberi rationem Theologi secundum sacras literas defendant; quorum sententiae, si Fundamentum illius recte capiatur, non possum non subscribere. Nam certe ab inhærentis Justitiae respectu judiciali quocunque vel qualicunque ad omnimodum, qui ad perfectam justificationem sit suf-ficiens, non valet consequentia.

## QUÆSTIO VII.

Annon eo ipso, quod *Justificatio Hominis aliena opus habeat iustitia, necessario quoque requiratur Imputatio iustitiae illius alienæ; quidque per Imputationis vocem propriè debeat intelligi?*

**M**onendum hic ante omnia ad evitandam ambiguitatem, quod *inhærentis etiam iustitia certe modo possit vocari aliena: non quidem quatenus inhærentis est, sed quatenus ab alio in nobis est pro-ducta.* Hic loci vero per *alienam iustitiam non designamus illam;* quæ per alterius operam in nobis aut *intra nos producta est:* sed stri-ctius paulo accipimus hanc vocem *aliena;* cum illam iustitiam hoc nomine

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14

nomine insigniamus, quæ est formaliter talis, quia extra nos revera deprehenditur, & extra nos ab alio præstatur. Hoc monito præmisso ad quæstionem hancce respondemus, quod, si homo propria carens iustitia per alienam in judicio Dei rigoroso opus habeat justificari, tum sane citra intervenientem iustitiae istius alienæ imputationem fieri id nullo modo possit. Cum enim omnis Justificatio forensis in eo necessario consistat, ut aliquis pro justo declaretur; pro justo autem declarari nequeat, nisi cui iustitia vel propria vel aliena imputetur: Clarissimum omnino est, quod *Imputatione* vel ipsum *Justificationis* forensis formalem ingrediatur conceptum, quodque, si vel propria etiam iustitia ad hunc effectum imputatione opus habeat, tanto magis id de aliena oporteat concedi. Ex quibus etiam nunc facile intelligitur, quid ipsum *Imputationis* vocabulum sibi velit; quippe quod in se ac generaliter spectatum nihil aliud significat, quam attributionem quandam, qua quid cum suis effectibus ad Autorem suum, qui vel revera, vel saltem quasi & estimativè talis est, ex certo relationis fundamento referatur, eique attributur. Unde etiam patet quod vocabulum hoc generaliter acceptum ad *Imputationem* vel proprii vel alieni meriti eatus se habeat indifferenter, quatenus & proprium cujusque meritum potest vero suo Autori imputari. Quo ipso tamen haud negamus, quod alieni merui imputatio, (quippe qua in sola externa *Imputatione* consistit, & nullum in subjecto suo habet internum meriti cujusdam fundamentum,) singulare quadam ratione tantoque magis hoc nomine venire possit. Cæterum conferri hic meretur *Dn. Job. Gerhard. Arnoldi, Gymn. Mæno Francij Rectoris Celeberr. Programma* quoddam invitorium ad Actum oratorium, Anno 1703. publicatum, ubi de *Imputationis* vocabulo in sensu *Vulgari, Philosophico, Juridico ac Theologico* pereruditate agitur, singulæque acceptiones commodis exemplis illustrantur; quæ omnia tamen videntur in isto generaliori significatu convenire, quem supra jam expressimus.

## QUÆSTIO VIII.

*Annon Justificatio per imputatam iustitiam alienam necessario supponat alterius pro altero satisfactionem; ideoque, cum propria iustitia homo in judicio divino rigoroso non fit*

*sit perfectè justus, per alienam justitiam Christi, ejusque satisfactionem sit necessario justificandus?*

**D**uo sunt propositæ quæstionis membra: alterum generale, de Imputatione Justitiae alienæ cujuscunque: alterum speciale, de Imputatione Justitiae alienæ Christi. De utraque quæritur, an imputatio ista alterius pro altero satisfactionem, (hoc est satisfactionem illius, cuius justitia imputetur, pro eo, cui eadem imputatur,) necessario supponat. Ad quod Zn̄t̄uev̄, si rectè rem consideremus, non possumus non affirmando respondere. Nam si fieri ullo modo potest, quod fieri posse nemo facile inficiabitur, ut aliena imputetur alicui iustitia; sicuti exempla eorum, qui debitores se pro aliis sistunt, ac debita pro illis solvunt, vel in communi vitæ praxi nonnunquam id solent comprobare; necesse sane erit, ut alter, cuius justitia alteri imputetur, aliquid pro altero præstiterit; quia alioqui nullum plane faret nexus istius fundamentum, per quem alienæ justitiae imputatione possit aliquis justificari. Jam, cum pro altero aliquid præstare, sit nihil aliud, quam pro altero satisfacere: appetet sane, quod, si qua detur aliena justitia imputatio, tum ea alterius pro altero satisfactionem necessariò includat. Et ne leve videatur, hunc imputationis & satisfactionis nexum adeò curatè observasse: quantum hæc observatio momentum in se habeat, ex speciali ejusdem ad Christum pro nobis satisfaciētem, suaque justitia justos nos efficientem applicatione clarius id ipsum elucebit. Scilicet aut falsum erit, Christum in atra crucis pro nobis satisfecisse; aut, si verum hoc fuerit, concedi quoque oportebit, quod sine accidente justitiae illius imputatione nullus istius satisfactionis ac præstationis fuerit effectus. Unde & conversa vice sequitur, ut, si Christi quædam nobis imputetur justitia, Christus etiam pro nobis satisficerit, nostrique loco aliquid præstiterit. vid. instr. Qu. XVII.

### QUÆSTIO IX.

*An stare possit cum divina Justitia & Æquitate, quod Christus innocens pro alienis peccatis agendo & patiendo satisficerit?*

**S**ocinianæ Doctrinæ affecclæ impie negativam sequuntur sententiam. Hi enim, sicuti infinitam Jesu Christi Majestatem miselli impugna-

34.  
33.  
32.  
31.  
30.  
29.  
28.  
27.  
26.  
25.  
24.  
23.  
22.  
21.  
20.  
19.  
18.  
17.  
16.  
15.

re audent : ita solent quoque ejusdem satisfactionem pari modo ca-  
villati. Ast , cum sacram scripturam non solum nullo loco sibi favere,  
sed solidissimis quoque argumentis ac sententiis gravissimum suum  
errorem destruere sentiant ; perversis ratiociniis divinæ veritati obni-  
tuntur. In hunc finem afferunt dubia omni conatu conquisita, mo-  
do ne veritati herbam porrigerere cogantur ; præcipueque multum sibi  
de eo spondent loco, qui occurrit Ezech. XVIII. 4. & 20. in quo pu-  
tant, Deum ipsum se obstrinxisse, *innocentem pro nocente se non esse pa-  
niturum* ; id quod cum ea, quæ Christo obtigerit, peccatorum no-  
strorum imputatione male cohærere existimant. Cui quidem objec-  
tioni multis sanè, atque rectissime nostri Theologi respondent, ingen-  
temque, quæ utrinque intercedat, differentiam demonstrant. Hinc  
*D. Quenstedti System. P. III. p. 306.* liberaliter quidem adversariis conce-  
dit, innocentem nocentis loco sufficere omnino iustitiae obesse , si sci-  
licet sermo sit (1) de jure stricto , (2) de Πλω ἀνθρώπῳ , (3) de ju-  
dicio humano , (4) de impositione poenæ violenta , & (5) de peccato  
personalí : sed hæc omnia & singula in Christo non deprehendi ner-  
vose deinceps probat , sanctissimumque illad Dei, quo ipse in opere  
salutis perficiendæ usus est, Temperamentum , pulcherrimè describit.  
Disputemus ergo cum adversariis *ex Hypothesi*, ipsisque, quod volunt,  
concedamus , adeo universale esse Dei hoc præceptum , ut & ipse  
Deus in opere Redemptionis eidem maneat adstrictus : *quid verò tum?*  
an peccaret Deus contra hanc Legem, morti tradendo pro nobis Chri-  
stum ? cum hic neque Filius pro Patre , neque Pater pro Filio ,  
(ut verba habent in Propheta,) hoc est, persona diversa pro diversâ,  
sed caput benedictum pro suo ipsius corpore, Ecclesiā scilicet, damna-  
tioni hīc subjiciatur. Annon in ipso quoque humano foro membrum  
sæpius, quod peccatum non commisit, alterius loco punitur ? Quidni  
idem in divino quoque foro licetet ? Annon sacra scriptura expresse  
satis testatur , πετάσαντον illum esse caput corporis sui , scilicet Ecclesiæ ?  
Col. I. 18. Eph. V. 23. 27. cui ipsi proinde etiam volenti tanto minus  
fieri potuit injuria. Quare illa aequitate & iustitia, Christo capiti, li-  
cit insoliti, totius sui corporis infirmitates ac dolores irrogare Deus  
potuit : imò verò propter sequentes rationes hoc benedictum generis hu-  
mani caput huic operi applicuit : (1) quia iræ Dei nostrisque peccatis  
ferendis solus par inventus est , solusque talis extitit sacerdos, qui mi-  
sericordia erga nos fratres suos commotus , à peccatis autem alienus,  
ipfis

ipis cœlis superior est, & in quo simul tota habitat divinitas ~~omnium~~  
 nōs. (2) quia ex omnibus membris solum caput principatum obtinet,  
 cæterisque excellentius censetur, Eph. V. 23. seqq. ideoque & solum  
 propter excellentiam suam lucere potuit pro tōto corpore. Sed satis  
 ex hypothesi disputavimus, ac sufficit ostendisse, quam vani sint ad-  
 versarii in suis objectionibus; dum assumitis etiam eorum hypothesis  
 bus apparet, nihil contra nos obtineri posse. Accedit, quod, eti vel  
 maximè rationi humanae Mysterium hoc repugnat, nihilominus ta-  
 men sancta veneratione id ipsum sit colendum, quod scriptura diserte  
 adeò affirmat; à cuius oraculis evidentissimis, quæ de hoc agunt My-  
 sterio, sine urgentissima necessitate nullibi est recedendum. Testatur  
 verò scripturæ litera clarissimè ac disertissimè, traditum esse Christum pro  
 peccatis nostris, & propter iustitiam nostram resurrexisse. Rom. IV. v. ult.  
 portasse infirmitates nostras, & bajulasse morbos nostros. Es. LIII. 4. imo  
 factum ipsum pro nobis peccatum, ut fieremus iustitia in ipso. 2. Cor. V. 21.  
 Unde parum valebunt futilles adversariorum objectiones, sexcenties  
 jam excusæ discussæque, ac nulla amplius refutatione dignæ. Silen-  
 tium potius stultæ rationi imponamus, illamque sub obsequium Chri-  
 sti captivemus, qui sit benedictus & magnificatus in Ecclesia, quæ est  
 corpus ipsius per spiritum sanctum. Colophonis loco lubet huc ap-  
 ponere verba quædam lectissima Dn. D. Petersenii, qui in scripto  
 elencitico contra Job. Petr. Speeth, cui tit. Der Geist des Wider-  
 Christi p. 82. 83. sequentem in modum scribit: Auff das erste Ar-  
 gument/ (nempe quod Speethius objiciebat,) antworte ich/ daß umb  
 deswillen auff keinerley weise Gott der Vatter ein grausamer Ty-  
 rann seyn könne/ weil Er seinen eingebohnen Sohn für uns dahin-  
 gegeben/ und mit Ihm uns alles geschenket habe; sondern daß viel-  
 mehr dadurch seine ewige Wunder-Liebe gegen uns erkant/ und  
 gepriesen worden/ daß Christus für uns/ und auch für Ihn/ o ar-  
 mer Speeth/ gestorben/ da wir noch Sünder/ Gottlose und seine  
 Feinde waren. Wäre der Sohn Gottes im Tode geblieben/ so  
 möchte man gedenken/ warumb Er einen Gerechten für die Unge-  
 rechten dahan gegeben: Aber/ nachdem Ihm sein Tode so gar nicht  
 geschadet/ daß Er vielmehr dadurch dem Tode die Macht genom-  
 men/ und das Leben und ein unvergängliches Wesen durch seine  
 Auferstehung an das Licht gebracht/ und uns die Kraft erworben/  
 daß wir nun auch leben können; so ist darinnen keine crudelität noch



Ungerechtigkeit zu sehen / sondern Heil und Seegen / Licht und  
Liebe. adde seqq.

## QUÆSTIO X.

*Annon sine prævia satisfactione jus aggrediandi in Deo lo-  
cum habuerit?*

**E**t hæc quæstio contra Socinianos directa est, qui hoc, reclamante  
Elicet S. Scripturâ, assérere non erubescunt. *Socinus P. III. c. 7. &*  
in Prælect. Theolog. hanc suæ Theseos stabiendi gratiâ affert ratio-  
nem: *Quia, ut ait, peccata nihil aliud sunt, quam offensa Majestatis di-  
vina, & debita quedam, qua cum Deo contraximus; nemo autem est,*  
*qui hoc sine prævia satisfactione remittere non potest: Igitur, nisi velimus*  
*Deo minus concedere, quam hominibus ipsis conceditur, confundum, omni-  
no est, Deum jure potuisse sine satisfactione ea remittere.* Rectissimè hic  
Theologi motient, distinguendam ante omnia esse Potentiam Dei abso-  
lutam à restricta ad certum ordinem, quam ordinatam proinde dicunt,  
quatenus scilicet Deus secundum eum, quem sibi ipsi præscriptis, or-  
dinem & œconomiam salutis, agit, illique se conformat: absurdum  
que esse, inquit, de ejus disputare Potestate, ubi de volumate ejus ex  
scriptura jam constiterit. *Quenst. Syst. P. III. 305. b.* Esto igitur, Po-  
tentiam Dei in se esse *absolutissimam*, nullisque limitibus circumscri-  
ptam, *Luc. I. 37.* atque secundum hanc potuisse illum sine prævia sa-  
tisfactione cum hominibus reconciliari: De hac tamen præcipue jam  
non est sermo, sed de illa, quæ dicitur *ordinata*: Ubi scilicet ab initio,  
antequam aliquid conderetur, Deus ille *omnipotens*, adscita simul in  
consilium *Sapientia, Justitia ac Benevolentia sua*, illam, quam nobis in  
verbo suo revelavit, *Harmoniam ac Sanctissimam Oeconomiam* ita sa-  
pienter, juste ac benevole ordinavit ac disposuit, ut jam, salvâ ejus  
immutabilitate, ab eo ordine, qui satisfactionem infert, ipsis recedere  
non liceat. Eritque hæc demonstratio tanto quidem majoris ponde-  
ris, cum fortasse de *absolutâ* quoque Potentia dubitari adhuc possit, si  
vera sit sententia illorum, qui Remissionem peccati sine ulla satis-  
factione cum *justitia Dei originaria* pugnare, ideoque prorsus esse impos-  
sibilem non sine fundamento autemant. Hinc, an Socini objectio va-  
lere quicquam contra nos poscit, videamus. Primo enim incommo-  
da admodum ipsius est locutio, qua dicit, peccata nihil aliud fuisse,  
quam

\*) 15 (\*)

quam offensam Majestatis divinæ, & debita quædam: cum in peccatis non tantum spectari debeat offensa, sed quoque simul insignis hominum malitiā, Legique æternæ contrarians perversitas. Hinc se-  
cundo offensam quidem, atque etiam debita peccaminosa, quæ sine  
nostra culpa fuerint contracta, sine præviâ satisfactione à justo quo-  
dam judice posse remitti, haud negabimus: sed aliter res se habet  
cum *Militia*, utpote quæ eo ipso, si impunè habetur, de judicis in-  
justitiâ abunde testatur. Talis vero de Deo sanctissimo nullo modo  
potest cogitari: quippe qui, cum abominatio sit ipsi omne peccatum,  
omnisque hominum perversitas cum sanctissima ipsius Lege pugnet,  
non potest non pro hac injuriâ, ipsi & Legi ejus illata, debitam pœ-  
nam exigere. Quam cum homo exsolvere non potuit: pro sanctissimo  
eo, quod in Deo reperitur, inter *Justitiam* & *Gratiam* tempera-  
mento, id est consilium inventum, quod jam ex scriptura notum est.  
*Traditus scilicet pro nobis morti ipse Dei Filius, omnesque, qua nobis susti-  
nende erant, ærumna ac dolores, soli ipsius tergo sunt imposita.* Rom. IV.  
25. *Jes. LIII. 5. 6.* Plura argumenta vide in *Systematibus* & ap. *Calov.* in  
*Socin.* *Prof. fig.* p. 370. atque conferatur *M. Henr. Porschii* *Dissertat.*  
quam de *Jure Aggrauandi cura satisfactionem* conscripsit, habita Lips.  
1685. ut & *Dissert.* alia, quam sub *Præsidio Venerand.* D. *Bielefeldi*  
hic Giessæ habuit Dn. *Job. Conrad. Marquard.* Anno 1707. de *Judicij*  
& *Amoris Divini Temperamento* p. 10. & 23. circa fin. seqq. Ubi plu-  
ra occurrent argumenta, quæ nobis ob brevitatis studium adducere  
non licet. Quare etiam illa, quæ alias de variis modis solvendi obliga-  
tiones ap. *Doctores Jur. Nat.* solent generatim disputari, lubentes hoc  
loco præterimus.

## QUÆSTIO XI.

*Annon Deus per inhærentis justitiae infusionem potuerit Hominem justificare: & quæ ratio sit justificationis per justitiam alienam?*

**Q**uez ad priorem quæstionem diximus de potentia Dei *absoluta* &  
*restricta*, sive *ordinata*; *huc quoque pertinent.* Potuisse enim  
Deum, absolute loquendo, *Hominem per inhærentem justificare justi-  
tiæ*, dubium esse nequit: cum re ipsa id factum esse demonstret *Hi-  
storia Adami*; quem certe Deus non imputata, sed *inhærente justitia*,  
*sanc-*



sanctitate scilicet ei intimè conjuncta, induit & exornavit: cum qua,  
 quia propterea perfecta fuit, etiam *coram Iudicio Dei* comparere potuit,  
 nihilque in ipso odio dignum Deus deprehendit ab initio; sed hæc  
 ipsa inhærens iustitia, in se quidem optima, per accidens tamen ac sine  
 ulla Creatoris culpa videtur Hominem in præsentem hanc miseriā  
 præcipitasse. Eādem enim, per datam à Diabolo seductore ansam,  
 homo abusus, tantarumque, quibus ornabatur, virtutum admiratio-  
 ne, ad superbiam proclivi, ductus, in pravas cogitationes  
 sensim incidit; impie ita syllogizando: Cum tanta sit Naturæ tuæ  
 excellentia, cum sis præstantissima omnium creatura; nutui divino  
 ipsiusque voluntati frictè ac continuo adhætere non usque adeò ha-  
 bebis opus, sed ipse tuæ potius saluti, propriis confusis viribus, pro-  
 spicere poteris. Ita paulatim à Deo remotus, in se ipsum, ut ita lo-  
 quat, intravit, suoque nimium genio indulgens, tristissimum, qui  
 mox secutus est, lapsus ipse promovit. Hancce Deo miseriā re-  
 spiciente; quid, quæso, consilii restabat, quo ad pristinum statum  
 Homo reduceretur? An statim eādem illa imagine, quæ in inhærente  
 iustitia consistebat, homo lapsus denuo ornandus erat? Ardebat qui-  
 dem erga ipsum *ingens Dei Misericordia*, seque ad *Hominis miseria su-  
 currendum* statim iterum applicuit: ast non eundem modum, quo prius  
 Hominem beaverat, adhibendum esse, sapientia sua sit: ne scilicet de-  
 nō Homo pro ea, quam primitus in se excitaverat, perversitate,  
 quamque jam satis prodiderat, recalcitraret. Quare alia Deo salmis  
 humanae promovenda ineunda erat ratio; illamque, quam in S. Literis  
 habemus revelatam, commodissimam esse, Deus noster invenit. Et  
 ita omnino est: cum nullo alio modo melius in humilitate Homo pos-  
 sit contineri, quam si multiplicatas Dei miserations, proprias autem  
 perversitates ac infirmitates sentiat, nihilque miseratione dignum in se  
 deprehendat. Ita enim omne os contra Deum superbè loquens obturatur,  
 Rom. III. 19. & omnis gloriatio excluditur, vers. 27. omniaque sub inside-  
 litate conclusa detinuntur, ut solius Dei Misericordia manifestetur. Rom. XI.  
 32. Miseretur ergo quidem Deus hominis, suamque erga ipsum di-  
 lectionem exercet: sed non tam propter inhærentes virtutum qualita-  
 tes, aut propter eam, quæ inter Deum ac Homines intercedit mentis  
 conformatiōnem, (licet & ista Deus gradatim in Homine producat &  
 respiciat,) quam propter alienam salvatoris iustitiam, ejusque satisfactio-  
 nem ac Meritum. Habet Homo hoc modo reconciliatum Deum,  
 habet

habet justificationem, habet vitam aeternam; non autem propter sanctitatem propriam, quae imperfecta est, sed propter alienam Christi, ejusque Meritum. Scilicet hoc ipsum est, quod potest Hominem quam humillimum reddere; considerantem nempe immensam ac im-meritam Dei Gratiam, quae ipsum non propter propriam, sed prorsus alienam justitiam & recipit & suscipit, quae ipsum divina imagine pri-vatum, ac infinitis sceleribus implicitum, modo credentem, justum ac sanctum propter objectum sua Fidei declarat & pronunciat, atque etiam regenerat: Cui deinde bona abori insitus Homo, in humilitate cordis multos fert fructus in Gloriam Dei.

## QUÆSTIO XII.

*An vocabula Satisfactionis & Meriti sint ἀγαφα, ideoque usurpari minus debeant?*

**M**Ultum de his vocabulis Sociniani, aliisque, quibus non tam verba, quam res ipsa, sub verbis indicata, sudes in oculis est, clama-tant; dicuntque, ea in S. Scriptura nullibi reperiri, eandemque ob causam usurpari licere negant. Evidem voces ipsas secundum literalem hunc tenorem suum in sacris non reperiri Literis, ipse concederim; cum certè etiam id non sit opus, neque Ecclesia ad omnes & singulas scripturæ voces adstringatur, vel alios ad ea, quibus ipsa utitur, ad-stringat. Hinc & ipse B. Luherus Tom. II. Jenens. Lat. in Confut. Ration. Latom. fol. 430. b. de vocabulo ὁμοσίᾳ dixit: quod si odit anima mea vocem homousion, & nolim ea uti, propriea non ero Hereticus; quis enim me coget uti, modo rem teneam. add. quoque seqq. ejus verba. At, an non aliae voces his equipollentes, & res ipsa, quam Theologii Satisfactionis & Meriti vocibus exprimere solent, in S. Scriptura reperiantur; de eo controvertitur, adversariisque id, quod negant, facile probatum dari poterit. Annon enim dicimus emti & redemi-sanguine Iesu Christi pretioso? 1. Petr. I. 18. 19. Apoc. V. 9. Gal. III. 13. Matth. XX. 28. 1. Timoth. II. 6. in quibus locis λύτρον καὶ ἀπλύτρον habetur: & quid Rom. V. 18. vox δικαιώσα aliud significat, quam eam justitiae impletionem, perfectamque Christi obedientiam, cuius gratia δικαιώσεις ζωῆς, sive justificatio vita credentibus contingit? Res ut clarior fiat, videbimus, quid sint & significant Meritum & satisfac-tio Theologis: ex quo dein facile apparebit, nihil discriminis inter



vocabula, ἀγορεύεις, ἐξαγορεύος, νήσον, λύγον, αὐτηργόν, &c. ac vocem Meriti & Satisfactionis interesse; sed unum potius semper ex altero fluere ac deduci debere. Satisfactione enim nihil aliud significat, nisi compensationem ac debiti præstationem, quam Justitia Dei ob latam sibi injuriam merito poscit. (Uberiorem explicationem vid. in D. Quenstedt Syst. P. III. p. 253.) Hanc, quæso, quis præstuit? an Homo quidam? an Angelus? an alia quævis creatura in Cœlo & Terra? Minime: Solus Agnus ad hæc perficienda, dignus repertus fuit. Ille factus est pro nobis peccatum, ut fieremus in ipso justitia. 2. Cor. V. 21. Ille nostras in se infirmitates & morbos recepit. Es. LIII. 4, 5. reconciliavit Deo Mundum. 2. Cor. V. 18, 19. emit nos preioso sanguine suo. Apoc. V. 9. Meriti autem vox quid sibi vult? Illo & in Theologia & in Jure Naturali nihil aliud indigitatur, quam indebita præstatio opera, quamque à præstante exigendi alter jus non habebat. conf. D. Quenstedt Syst. P. III. p. 225. & Dn. Pufendorf. de Jure Nat. & Gent. Libr. I. c. IX. §. 5. p. 135. Jan quis est, quæso, qui nobis justificationem & vitam aeternam sic promeruit, nisi Christus, per cuius dñeisua, justitia impletionem, vel ut ipse Cornelius à Lapide vertit, Meritum, dñeisua vñ consequitur. Rom. V. 18. conf. Cocceius in Comment. ad h. l. Ex quibus præmissis recte ita argumentamur: *Quicunque sanguine suo emit & redemit Homines*, Apoc. V. 9. 1. Petr. I. 18, 19. λύσον & αὐτηργόν persolvit, Math. XX. 28. 1. Tim. II. 6. & ita quidem, ut propter ejus dñeisua & straxon justificantur credentes, Rom. V. 18. Ille pro toto genere humano satisfecit, illeque justificationem & vitam aeternam promeritus est: Atqui Christus &c. Ergo. MAIOR negari ab iis nequit, qui naturam istiusmodi Redemtionis perspiciunt, & recte rationis dictamen aliquod admittunt. MINOR patet ex antecedentibus scripturarum testimoniis, & ex intuitu ipsius operis, à Christo à nobis perpetrati. Hinc mea eatenus facio verba Dn. Poiret, qui, (si generationem ea spectentur,) nimiam æreisera & subtilitatem circa hoc ipsum satisfactionis vocabulum hor inuste reprehendit, Oeon. Div. Libr. IV. p. 88. Ubi: Non defant, inquit, qui in rebus spiritualibus adeo simplices sunt; sed nimis intempestive & perperam, aut qui in verbis diligendis adeo sunt scrupulosi, aut superstitiosi potius, ut nonnullis auditis perinde contremiscant, ac fratre omen aut fatale malum in verbis &c. Ast quando in reliquis, quæ sequuntur verbis, ad Protestantēs hoc ipsum applicat; non potest mihi eorum æreisera, quam circa hoc vocabulum

bulum sectantur, si imprudentes zelotas hic excipias, videri nimia; cum multum sane intersit, quo sensu illa vox accipiatur. Qua de re quæ jam superius sunt dicta, sufficere nunc quidem poterunt, satis-que, ut confido probabunt, non adeò has voces increpandas esse. Neque enim opus habet Ecclesia, cur ab his loquendi formulis, (quas sacra scriptura haud contrariantes, imò verò ex vocibus biblicis supra adductis sponte resultantes, usus Latina & Germanica Lingua videtur induxisse,) prorsus abstineat; quippe quam Spiritus S. nullibi ad sola & unica scriptura verba alligavit; licet, quod bene Lüberus cit. loc. monuit, ea sint præcipue tenenda, atque cum aliis haud temere nec facile permutanda. Quodsi verò minus illa placent adversariis; per nos, vel solis scripturæ vocibus inhærente, vel nova excogitare, licebit; modo in re ipsa nullus dissensus appareat. Attamen non video, quid incommodi verba ista habeant, aut quare ex Ecclesia, cum nulla fere secta eadem ignoret, illisque jam utatur, omnino releganda sint aut proscribenda.

### QUÆSTIO XIII.

*An verum sit, quod nullus plane extet scripturæ locus, ex quo Justificatio per Imputatam justitiam Christi possit luculenter & sufficienter demonstrari?*

**N**on est quæstio, an Imputata Christi Justitia dissentis verbis in sacra scriptura reperiatur; sed an res ipsa sub verbis contenta ibi fundata sit, ut luculenter & sufficienter possit ex ea demonstrari? quod posteriorius nos affirmamus: Sociniani autem & asseclæ eorum negant; quorum nomine Ostorodus in Inst. German. C. XXXVI. fol. 304. male assertit, von der zugerechneten Gerechtigkeit Christi könne nicht das geringste Sprüchlein in der Heil. Schrift gezeigt werden. citant. D. Quenstedt, Part. III. Syst. p. 541. a. Huic assertioni nimis temere ac inconsideranter prolatæ nostra argumenta opponemus; nonnulla in medium proferendo scriptura testimonia, quibus ea, quæ à nostris partibus est, veritas ita validè proponitur, ac contra dissentientes adversarios defenditur, ut non nisi ex proæresi cœcutientes id nequeant percipere. Sufficiet autem nostro instituto, unum saltem atque alterum producere locum, & ulterioris deductionis cupidum Lectorem ad Theologorum nostrorum scripta hic remittere. Et quidem propria

hujus articuli sedes cum in Epist. ad Röm. Cap. III. IV. & V. deprehendatur; ex ea, (præsertim cum adversatii ad vocem *Imputatio Christi Justitia* in S. Scriptura ostendendam nos sollicitent,) primum merito producimus argumentum, provocantes ad Röm. IV. 6. ubi hujus tenoris leguntur verba: *sicut & David dicit beatitudinem Hominis, cui Deus imputat Justitiam sine operibus.* De hoc uno itaque hic controvèrtitur, qualis hæc sit justitia, an Hominis propria, seu inhærens, an vero Christi imputata? *Prius Sociniani, posterius* orthodoxa mentis Theologi affirmant, cuius nobis jam probatio incumbit. Evidem ex hoc loco patere Thesin nostram ideo arbitramur, [1] quia *Imputationis expressa* sit mentio, quod de infusâ seu inhærente justitia in tali verborum nexu accipi haud potest. [2] quia indicatur *Justitia sine operibus*, id quod ad solam imputatam quadrat. [3] quia justitia hic designatur talis, *de qua David loquitur Ps. XXXII.* sed illa Davidis Justitia consistit in Remissione peccatorum, quando scilicet teguntur, ac non imputantur peccata: id quod etiam *positive* exprimit Apostolus per adjudicationem *Justitiae Christi alienæ*, ac porro thesin hanc, *quod justitia imputetur absque operibus Legis*, sive quod opera non sunt *justitia Hominis*, ex eo probat, quod *beatus*, & per consequens *justus* dicatur, cuius *defectio remissa est*, peccatum testum, & cui Deus non imputat pravitatem sed potius justitiam. Vides quam arcta & propinquæ Apostolus cum *Remissione peccatorum* conjungat *imputationem justitiae*, quodque ostendat, tam esse inter se conjunctas, ut altera sine altera consistere nequeat, ideoque posita remissione peccatorum necessariò ponenda sit *Justitiae Christi alienæ* Imputatio; cum nempe hæc ipsa sit illud *tægmen*, cui homo peccator involutus consistere coram judicio divino queat. Hinc argumentamur: Quæcumque justitia est [1] merè imputata, [2] sine operibus imputata, [3] illa, *de qua David loquitur Ps. XXXII.* illa certe est nulla alia, quam illa ipsa, quæ à nobis defenditur, *Justitia Christi aliena*, quæ nobis imputatur, Atqui. Ergo. MAIOR patet ex attributis, quæ Theologi nostri imputatæ justitiae adscribunt: MINOR in præsenti scripturæ oraculo fundatur: vid. Spenerus contra D. Brevingium p. 1147. seqq. 1151. seqq. 1155. Coccoeus in Comment. super h. I p. 428. Huic adjungimus aliud ex eodem Capite Testimonium, vers. scilicet ultimo, in quo Christus dicitur traditus pro peccatis nostris, & resuscitatus propter justitiam nostram. Hic queritur, quomodo Christus sit traditus pro peccatis nostris, & quomodo

modo sit resuscitatus propter justitiam nostram? Certe ideo Christum pro peccatis nostris esse traditum, ut non imputetur, clarum est, & ab ipsis adversariis conceditur, atque ab Apostolo versi 7. & 8. Cap. III. 24, 25. confirmatur: Ergo ideo quoque propter justitiam nostram resuscitatus est, ut ea imputetur. Nam ubi non est condemnatio, ubi peccata remissa sunt; ibi est justitia. *Causa itaque Mortis Christi* fure  
peccata, & effectus Mortis Christi Remissio peccatorum: Ergo etiam *causa Resurrectionis Christi* fuit justitia, & effectus *Resurrectionis Christi* imputatio justitiae. Sed dixeris: Oomnia in hoc dicto esse expresa, quæcumque Christus nobis officio suo redemptorio acquisiverit: Ast illum nobis gratiam non tantum exteriorē, sed & interne nos justificantem, seu renovantem, acquisivisse; magisque proinde cum contextu tota salutis œconomia concordare, si ad summum in primo ianum membro, illud de Justificatione stricte sic dicta, (quæ consistat in Remissione peccatorum,) in posteriore autem de Justitia inhærente, sive Renovatione agere dixerimus. De his objectis plura quam postulantur concedemus, & tamen causa nostra minime excidemus. Scilicet non posterius solummodo, sed & prius membrum de Renovante seu sanctificante gratia simul agere, confitebimur: ast ita tamen, ut nec prius nec posterius de Justificatione aut Sanctificatione solitarie, sed utrumque de utraque simul accipendum esse, arbitremur. Esto igitur, Christum propter peccata nostra morti fuisse traditum, non tantum, ut non imputetur, sed etiam, ut extirpentur: erit certe hoc ipso etiam dicendum, Christum propter justitiam nostram fuisse resuscitatum, non tantum, ut inhærens instauretur, sed quoque, ut non inhærens imputetur. Ita nempe Christus pro peccatis traditus est, ut non solum peccata non imputentur, sed insuper, ut peccatis *στοιχίων* ac mortui, justitiae vivamus. I. Petr. II. 24. atque ita quoque propter justitiam resuscitatus est, ut & aliena ipsius justitia justificemur, & justi inhærenter evadamus. Videmus ergo, hæc sibi invicem non opponenda esse, quæ possunt optime coordinari. Quare sequenti argumento omnem mentis nostræ sensum ac demonstrationis nervum exprimamus: *Quotuplex est fructus Mortis Christi proprius, tonplex quoque est Resurrectionis Christi fructus proprius:* Sed proprius fructus Mortis Christi fuit duplex, sc. tam Non-imputatio peccati, quam destructio eorundem. Ergo & *Resurrectionis Christi proprius fructus erit duplex, sc. & Imputatio Justitiae alienæ, & justitiae internæ excitatio.*

C 3

Quam

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14

Quam late enim Mors Christi tendit, & quot fructus eadem parit, tam  
late quoque patet, totidemque fructus & Resurrectio nobis afferit.  
conf. Cap. V. 10. Denique dictum Pauli in 2. Corinth. V. 21. adduce-  
mus, ex quo sine ulla dicti Exegesi, (quam alii in se suscepserunt, e. g.  
D. Philipp. Ludov. Hanneken. in Dissertat. Anno 1687. super hoc di-  
ctum Gisla habita, & D. Spenerus in der Glaub. Gerechtigkeit. p. 1219-  
1247.) sequenti modo argumentamur: Si Christus imputative factus  
pro nobis est peccatum, sequitur, ut & nos in ipso imputative fia-  
mus Iustitia: Atqui verum est primitus: Ergo & posterius. MAIO-  
RIS consequentiam, si intime spectetur terminorum nexus, adver-  
satii, quibus haec opponimus, concedent; negabunt autem for-  
tasse MINOREM, nempe Christo imputata esse peccata mundi;  
quem ita quoque peccatum pro nobis factum esse contendent, ut cor-  
rupta Natura inclinationes plus quam ceteri omnes fenserit. In quem  
sensum non dubitant multa Scriptura dicta trahere, quibus hanc suam  
sententiam adstruere contendunt; sed quae tamen id, quod volunt,  
plane non probant, ac potius de sola imputatione peccatorum nostro-  
rum agunt, aut quoque prorsus non ad Christum pertinent. E. g.  
Ps. XL. 13. Nam cinxerunt me mala, ut non sit numerus; & apprehender-  
runt me iniuriae meae, & non possum pervidere; numerus eorum exsu-  
perat numerum capillorum meorum. Quis non videt, posse haec longe  
commodius, magisque sic in salvo positis ceteris scripturarum testimo-  
niis, intelligi de imputatis peccatis, quae, Christo imposita, ne respi-  
rare eum quidem siverunt, quorumque gravitatem ita ille persensit,  
ut se ab ipso Deo Patre relatum putaret. Nostra peccata ipsi imposuta  
sunt, dicit Esaias c. LIII. pro nostris peccatis omnes poenas subiit: Mun-  
di tollit peccata, Joh. I. Eadem vero aliorum, quae isti afferunt, Dictio-  
rum ratio est. E. g. Ps. XLI. 10, 11. Ps. LXIX. 1, 2. 15, &c. Quae  
omnia ac singula refutat Epistola ad Ebræos, quae multis docet,  
excepto peccato hunc nobis Archisacerdotem similem esse factum;  
& ita quidem, ut non opus haberit, pro propriis offerre oblationem pecca-  
tis, Ebr. IV. 15. c. V. 1. c. VII. 26, 27. cum sit ab omnibus peccatis  
alienus, & caelo excelsior: Id quod de iis, qui radicale peccatum, sive  
Naturam corruptam in se habent, affirmari nequit. Unde etiam Chri-  
sto non ipsa caro peccaminola, sed ejus tantum ipsiusa s. species ex-  
terna attribuitur, Rom. VIII. Digna vero esset haec materia, quae ubi-  
tius ac ulterius explicitur & pertractetur; id quod nobis in praesens  
non

non permittitur. Hæc interim testimonia sufficere poterunt. Plura vide in Systematibus nostrorum Theologorum, & apud Haepfnerum, in Tract. quem conscripsit de Justificatione. Præterea expectamus quoque Theologi cuiusdam laborem, qui sub titulo Galatini novi, quem confundendum sibi sumet, hanc totam doctrinam solide exponet & nostra confirmabit. Placet tamen quædam hic ex Lutero nostro addere, qui commentar. in Epistolam ad Galat. Cap. II. vers. ult. f. m. 45. b.  
*Peccata sua, (sc. ejus qui spiritu fidei unus cum Christo factus est,) jam non sua, ait, sed Christi sunt. At in Christo, peccata justitiam vincere non possunt, sed vincuntur, ideo in ipso consumuntur. Rursum, Justitia Christi, jam non tantum Christi, sed sui Christiani est. Ideo non potest ulli debere, aut à peccatis opprimi, tanta fuit justitia.*

## QUÆSTIO XIV.

*An Imputatio Fidei in Christum ad Justitiam differat ab Imputatione Meriti Christi ad Justitiam? item: Utrum Fides justificet respectu sui, an tantum respectu sui objecti, scilicet Meriti Christi, quod illa apprehendit?*

**H**æc quæstio movet ratione dicti Rom. IV. 5. 22. in quo *Fides imputari ad Justitiam legitur*. Quem locum cum nostrates pro adstruenda Meriti Christi Imputatione soleant afferre: quidam inter dissidentes sunt inventi, quibus hæc probatio nonsolum non placuit, sed qui quoque eam maximè absurdam censuerunt; existimantes, magnum esse discrimen inter *Imputationem Fidei & Imputationem Meriti Christi*. Hanc in rem adducunt notum illud Pinechasi facinus; Num. XXV. 6, 7. seqq., quod ex zelo Dei commissum, sit ipsi reputatum in Justitiam, Psalm. CVI. 30, 31. Unde jam patere ajunt, omne *ex cordis sinceritate profectum* illud esse, quod Paulus *Fidem* vocitet, quodque in Justitiam operanti imputetur. Quod etsi de quibusdam locis, v. g. Rom. XIV. 23. concedi queat; atque verum etiam sit, *justa* piorum opera ipsis suo modo imputari ad justitiam: falsum tamen est, in omnibus Paulinis locis *Fidem* isto sensu accipi, & imputationem istam quamcunque boni operis ab imputatione, qua in Judicio Dei rigoreso justificemur, non differre. Quare de eo jam dispiendum nobis erit, quomodo in loco hoc præsenti *Fides spectanda* veniat.



veniat. Utrum nempe spectari debeat tanquam opus quoddam egre-  
gium, à Dei Spiritu productum, ac per se justificum; an verò potius  
cum justifico objecto suo, sive Merito Christi, quod ipsa apprehendit?  
Ubi prius adversarii, posterius nos assertimus, & contra adversam par-  
tem demonstrabimus. Evidem multa & præclara adferunt Theolo-  
gi nostri argumenia, quibus hanc ipsam nostram sententiam egregie  
comprobant; è quibus hæc fere sunt præcipua: [1] Fidem plane hic  
opponi' operibus, ideoque non posse tanquam opus hic spectari.  
[2] non convenire cum justitia divina, imperfectam justitiam, qualis  
Fidei in se spectata inest, pro absolute perfecta reputari. [3] in Textu  
non dici, ipsam Fidem esse justitiam, sed tantum pro ea reputari.  
[4] addit B. Schmidius in Coll. Bibl. Vet. Test. p. 304. verbum, quo  
Moses utitur, **תָּבוֹא**, æque & quidem cum majori emphasi posse  
Promissionem seu rem ipsam creditam, quam Fidem Abrahæ, quā ei  
credidit, respicere, ideoque etiam grammaticè cum illa construi.  
Ait his omnibus ac singulis inhætere nolo. *Unum urgebo: scilicet*  
*eam hic intelligendam esse Fidem*, quam ipse Paulus Rom. III. 25.  
describit, qualis esse, ac in quo formaliter consistere debeat. *Propo-*  
*suit Deus*, inquit, *Christum propitiatorium per Fidem in sanguine ejus.*  
*Hunc itaque Fides respiciens, justificatur, sanctificatur & glorificatur.*  
*Huic ipsa accedens Propitiatorio, Deo accedit, inque illo eundem*  
*reconciliatum per sanguinem Christi fidei oculo aspicit.* Ita Christum  
Deus proposuit & sibi & nobis. *Sibi* quidem: quia in eo, (ut Coce-  
cijus ait,) beneplacitum habet, & in omnibus, qui ipsi tanquam mem-  
bra adhærent: *Nobis* vero, quia hunc quasi in publico constituit,  
ut omnes eo recurrerent, inque ipso Deum Patrem, qui per Filium  
amoris noster quoque factus est, aspicerent. Hinc recte 1. Tim. II. 5.  
vocatur *Mediator Deum inter ac Homines*, cum in ipsum omnium oculi,  
tam Dei quam Hominum, dirigantur: ut & Ecclesia recte canit,  
*Wir sehen hinauf/ der Vatter herab.* Videmus autem per lucidissi-  
mum hoc speculum, in quo nos Patri accepti ac justi repræsentan-  
mur; sicut & ipsum nobis gratiosum ac benignum deprehendimus,  
fitque, (ut elegantissime Apol. A. C. loquitur,) tum denuo Deus  
nobis amabile *objectum*. Non verò corporaliter, neque pedibus ad  
hunc Gratiae Thronum accedimus; sed per Fidem, ut Textus ait, cu-  
jus primum opus est, Gratiam, Misericordiam, justitiam atque salu-  
tem, ex Salvatoris vulneribus fugere. Tum verò justificata Fides,  
propter

propter Bonum, quod inclusum sibi habet, cum eodem ita porto uni-  
tur, ut sola ex servatoris sui arbitrio pendeat, multumque sancti olei  
ex hoc benedicto capite accipiat. Quamobrem non *abstracte*, sive in  
*Pradicamento Qualitatis*, (ut Theologi loqui amant,) sed in termino  
*concreto*, sive in *Pradicamento Relationis*, Fidem hic spectari, ex appo-  
sito patet, quando *Fides* dicitur esse *in sanguine Christi*, cui includitur,  
& quem includit, ut in ipso solo justificetur ac servetur. conf. Vener.  
D. Rüdigerum in Disput. de Fide Abrahæ p. 11. & 12. & alibi passim.  
Hæpfner. Disp. I. de Justific. p. 48. & B. Joh. Brentium nostrum in Com-  
ment. super Genes. p. 149. ubi ejus hæc sunt verba elegantissima: *Fi-*  
*des imputatur ad justitiam, non quia est insigne opus per se, sed quia acci-*  
*pit Christum, propter quem Deus facet nobis, & condonat peccata, & ser-*  
*vat in morte ad aeternam vitam.* Itaque *Fides* est *justitia nostra propter*  
*Christum justum, cuius obedientia & justitia liberati sumus ab iniquitate &*  
*à morte.* Quæ omnia in hanc sententiam conspirant: Fidem non ju-  
stificare principaliter ac meritorie, sed tantum instrumentaliter seu orga-  
nicè, hoc est, ex virtute sui objecti. Hinc rechè docent Theologi,  
tres esse justificationis causas: (1) *Efficiemem*, quæ est ipse Deus justi-  
ficans: (2) *Meritoriam*, quæ est Meritum Christi, propter quod justi-  
ficamur: ac (3) *Organicam*, seu fidem, per quam Meritum Christi ap-  
prehenditur: Eademque omnes conjunctim exhiberi in locis Joh.  
III. 16. Rom. III. 24. 25.

## QUÆSTIO XV.

*An sola Fide, exclusis omnibus operibus, justificemur?*

**H**anc contra Pontificios tuemar sententiam; docentes, *solam Fi-*  
*dem genuinum illud Medium esse, quo *Justitia Christi & Remissio*

D

mus*

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
14  
15  
16  
17

mus, nullum aliud quoddam *ex nostra parte* dari Medium, quo oblata  
 in Christo gratia apprehendi à nobis possit, nobisque applicari, quam  
*solan Fidem*: quæ quando etiam *Merito operum* opponitur; hoc ipso  
 tamen non dicitur aliquid per se mereri, quod opera non merean-  
 tur, sed semper tunc spectatur cum *objecio suo*, seu Merito Christi, ut  
 in responsione ad questionem præcedentem mentem nostram declara-  
 vimus. Illamque nostram assertionem sequentibus probamus argu-  
 mentis. Primo tamdiu unicae huic ex parte nostri causæ instrumentalis  
 inhætemus, donec aliud quoddam Medium ex S. Scriptura afferatur;  
 id quod ad græcas calendas fiet. Adeo quidem supra citatus Autor,  
 (quem Trillerum ferunt,) pag. 328. cum alio quodam salutis Medio  
 ex Tit. Cap. III. desumto; ubi per *Regenerationis Lavacrum* justificati  
 & servati dicimur. At supra eidem jam concessimus, non Verbo &  
 Sacramentis, tanquam *oblationis salutifera instrumentis*, sed causis aliis  
 instrumentalibus, quæ prætenduntur *salutifera apprehensionis*, vocem  
 hanc opponi. Proferant adversarii unum ex sanioribus Theologis,  
 qui reliquis causis hanc vocem opposuerit, & dogma illius unanimi  
 consensu damnabimus. Deinde, si quod Medium excogitant Pontifi-  
 ci; omnia fere *ad opera*, tanquam Medium, constituenda, faciunt:  
 His verò Apostolus passim *Fidem* opponit, præsertim Rom. III. 28.  
 Quare vox sola, quam *Lutherus* apposuit, non adeo perstringenda es-  
 set: cum id tantum per eam voluerit indicare, plane non *operibus Homi-*  
*nem justificari*; his verò exclusis, *fidem solam ex nostra parte super-*  
*esse*, qua gratiam consequi possimus. add. Gal. II. 16. cuius loci, eti-  
 invito isto Autore, adhuc firmus manet parallelismus, & Job. Adami  
*Osiandri Systema Part. V.* p. 97. b. Et quibus, quælo, *operibus justificari*  
*cupis*, miser homo: an *Fidem antecedentibus?* an *concomitantibus?*  
 an *subsequentibus?* Si *Antecedentibus*, quæ *Fidem præcedunt*, & *opera*  
*Legis*, seu à coactione legali profecta, vocantur: ea certe ab Apostolo  
 Paulo Phil. III. 9. pro damno & stercore habentur, & alibi passim,  
 præsertim Rom. III. Gal. II. & III. ab eodem impugnantur. Si *Conco-*  
*mitantibus*, quæ cum ipsa fide in apprehensionis salutifera actu sunt  
 conjuncta: ea, tantum abest, ut justificant, ut tota potius in eo sint,  
 quo omne suum Meritum tollentia solum Christi Meritum respiciant.  
 Si *Consequentiibus*, quæ fructus Spiritus sunt, quos Fides parit, quæque  
 Fidei effectus recte appellantur: hæc sane sua causa priora esse ne-  
 queunt, & consequenter nec illa justificationem poterunt efficere.

Gal.

Gal. V. 22, conf. Dni. D. Breitbaupii Theses Credend. & Agend. p. 155.  
 At obijcies: *Fidem ipsam esse opus, & insigne quidem opus*, Joh VI. 29: v  
 ideoque si ex fide & per fidem justi nos fiamus, omnino etiam per  
 opus quoddam nos justificari dictu fore necessarium. Huic questioni  
 supra quæst. X. V. satisfecimus, afferentes: *Fidem, utut sit opus, ta-*  
*mén in judicio divino non spectari tanquam opus, nisi sub ratione actus*  
*instrumentalis, qui eo ipso, quod instrumentalis est, refertur ad suum*  
*principale, h. e. ad gratiam justificantem propter Christum, & omni pro-*  
*prio merito exinde destitutur.* Hinc male Guliel. Forbesius in suis ob-  
 servat. p. 37. edit. Helmstad. iis ex nostris Theologis affingit errorem,  
 qui Fidem correlative in hoc Justificationis negotio sumi contendunt:  
 neque suam nobis pacificam & amicam mentem comprobant, quando  
 itidem fingit, eos hociplo S. Scripturam torquere, & v m & efficaciam  
*Fidei frigidissimè exponeare.* Haud enim inepte, (ut pag. 38. inquit,)  
 Protestantes illi subtiles sunt, qui *Eidem ipsam à negotio justificationis ex-*  
*cludi volunt, ut est opus, sed non ut instrumentum apprehendens justitiam.*  
 Nam si per Fidem, quatenus est opus, justificamur; minus accurate  
 Apostolus Fidem operibus, etiam Renatorum, (qualia Abrahami fue-  
 runt,) opponit. Probat vero suam Theslin Forbesius: *Quia, neque Fi-*  
*des est instrumentum justificationis nostra, nisi ut opus; quia non habita,*  
*sed actione & operatione Fidei, justitiam apprehendamus & consequimur:* &  
 in sequentibus addit, in *Justificatione Fidem ut opus, licet non meritori-*  
*um, concipiendam esse, quo justitiam obineamus.* Rectissimè quidem  
 hæc vir doctissimus ait, atque iis, quæ ipsi modo diximus, planè con-  
 formiter. Verum si hoc sensu Pontificii Theslin suam intellectam ve-  
 lint, nostri certe non adeo difficiles essent. Ast cum illis vocabulum  
 obtainere idem sit ac mereri, quasi Fides propterea, quia gratiam appre-  
 hendit, justificationem aliquo modo mereatur: sane non inepte Theo-  
 logi nostri distinguunt inter Fidem, quatenus est *opus*, & quatenus spe-  
 catur cum suo objecto. Accuratè enim loquendo, Fides, non quia est  
 Instrumentum apprehendens, sed quia *Justitia Meriti Christi est in-*  
*structa, nos justificat.* Ex quibus apparet, Fidem justificantem pro-  
 prie loquendo, etsi in se activa sit, respectu justificationis tamen me-  
 re passive se habere, & justificare, quatenus ipsi Christi Meritum con-  
 fertur, non vero, quia illud apprehendit; uti mendici manus non  
 propterea munus consecuta censemur, quia ad eleemosynam accipien-  
 dam se extendit, sed quia Evergetæ munus ei porrigitur. Tribus ut  
 D 2 dicam,

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
19  
18  
15  
16  
17

dicam, quod res est: Fides est quidem opus, &c, (ut Dn. Forbesii verbis utar,) hoc opere etiam justificamur; aut non quatenus vel quia est opus, sed quatenus vel quia Meritum Christi recipit, aut potius, quatenus eodem donatur & exornatur. Quo spectant verba elegan-  
tissima Magnif. Dn. D. Jägeri, Acad. patriæ Tübing. Cancell. & Prof.  
Primar. qui in Compend. Theol. Posit. p. 261. Fidem, ait, tantum di-  
ci manum: nec enim justificat in opus, sed velut organon & manus, qua  
Christum velut arcem salutis capessit. Job. I. 16. Et hoc sensu pretiosa dicti-  
tur, 2. Petr. I. 1. Non quasi alio opere pretiosior sit, sed quia manum su-  
am implet Christo, qui solus pretioso sanguine suo nos redemit. 1. Petr. I. 19.  
Quare diutius his immorari nolo; præsertim, cum uberiorum hujus  
argumenti pertractionem etiam aliis Theologus quidam Würtemberg.  
Fautor mihi singulariter colendus, & qui aliis jam scriptis elencticis  
inclusus, jam promiserit; qui ex instituto, an exigua sit illa Differen-  
tia, quæ nobis cum Pontifici intercedat? eruditè satis, ut solet, demon-  
strabit. Hæc omnia vero eo tandem tendunt, ut appareat, quam  
castè Dei gratia in hoc opere sit servanda, sine ullo ad proprium Me-  
ritum respectu, ut, eo cum omnibus operibus excluso, dolentes con-  
scientiæ solam Christi Justitiam amplexentur, illique innutritæ, bene-  
placitum Patris in Filio amoris peragant.

## QUÆSTIO XVI.

*Annon Remissio peccatorum, circa intervenientem propriam  
peccantis satisfactionem, necessario includat justitiæ alienæ imputationem?*

**A** Gens de gratia condonante Apostolus in Epistola ad Rom. Cap. IV. quod antea vocavit *Non-Imputationem ac Remissionem peccatorum*, id ipsum vers. 7. (ex Dayide beatum prædicens virum, cuius tecta sunt peccata,) etiam *tectionis* nomine designat. Quibus id inter alia voluit significare, *Remissionem* peccatorum h. l. nihil aliud esse, quam eorum *tectionem*, non vero plenariam destructionem seu annihila-  
tionem; sicut & Augustinus ait: *Non ut non sint, sed ut non imputen-  
tur, sive ut tegantur.* Cum vero omne quod tegitur, necessariò oper-  
culo, sive amictu, aut alio quodam tegumento opus habeat, uti vel  
ipsa ratio hoc docet: sequitur exinde, fieri omnino non posse, quin  
& in

& in hoc Dei opere , ubi teguntur peccata , homo peccator aliquo  
tegatur , quo amictus ferventem Dei iram effugere , ac gratiam in  
opportunitate temporis inventare queat. Id vero , quid , quælo , est ?  
An justitia quædam inhærens & propria ? an vero aliena , sive aliunde  
petita ? De illa certe id ego affirmare nolim ; quippe quæ , & ipsis  
adversariis fatentibus , tum , quando Remissio fit , adhuc nulla est ; aut  
si adellet , non infinita , neque perfecta , & per consequens ad quæ-  
vis tegenda peccata minus idonea foret ; adesse autem vel ideo etiam  
neganda est , quia Remissio nostrorum peccatorum , (iterum hic no-  
biscum consentientibus adversariis ,) fundatur in Redemtione Christi ,  
Rom. III. 24, 25. sicque in illo habere eam dicimur , Col. I. 14. Re-  
stat igitur , aliena nobisque imputata justitia id esse dandum ; qua solâ  
recti , ac involuti peccatores , (cum tertium non detur ,) coram rigo-  
roso Dei Judicio consistere possint. Rationes autem , quæ sine hoc  
tegmne peccata remitti vetant , ad quæst. X. allatae sunt. Nimirum  
sanctissimus ac justissimus Deus ab omni , quod cum sancta ipsius vo-  
luntate pugnat , abhorret : ideoque perversitatem nostram , nisi abun-  
dantiori , quam quæ à nobis præstari poterit , justitia ipsi satisfiat , re-  
mittere , seu condonare , salva sua justitia non potest. Hac autem in-  
finita ac aeterna febore justitia nostra justitia rectis , nullam in nobis Pater  
maculam videt ; cum Agnus immaculatus noster factus sit , nosque in  
ipso coram Deo stemus. Quod , ut eo melius intelligas , finge te cor-  
poraliter gloria Christi ita amictum , ut undiquaque illa cingaris : Cer-  
te Deus te tunc respiciens non tam peccata tua (aliena justitia obiecta)  
cerneret , ut Filius potius ejusque Sanctitas ipsius oculis obversaretur.  
Atque ex hoc fundamento rectissime cum B. Luther , ex θύρῳ θοείσῃ  
Spiritus , dicere possumus : Ego sum Christus , i. e. Christus totus meus  
est , & ego totus ejus , ipsique & justitia ejus insens , illaque induens. Ec-  
ce , hæc est illa vestis , qua resipiscens Filii Luc. XV. 22. ad Patrem  
denuo admittitur ; quamque Ecclesia Laodicea , de fucatis suis sibi ni-  
mium gratulanti operibus , unà cum inhærente vere tali justitia Chri-  
stus venalem proponebat , Apoc. III. 18. Ex quibus omnibus hoc  
tandem relucet , tam impossibile esse in statu Hominis corrupto aut  
imperfecto , Remissionem peccatorum sine Justitia Christi Imputatione sta-  
tuere , quam est inconveniens , quoddam , tegumento aut vestimento  
opus habens , sine tegmine ac sine veste spectandum exhibere. Quare  
optimum est argumentum , quo Coccejus Opp. Tom. IV. p. 428. Justi-

34.  
33.  
32.  
31.  
30.  
29.  
28.  
27.  
26.  
25.  
24.  
23.  
22.  
14.  
15.  
16.  
17.

*tia Imputationem & peccatorum Remissionem esse conjunctas, unumque alterum includere probat: quia Paulus vocat imputare justitiam, quod David dicit, remittere peccata. Hæc enim non permutare, inquit, Paulum; quasi condonare idem natura suâ sit, quod imputare Justitiam: sed hoc potius Apostolum velle, quod, cui condonatur Injustitia, beatus esse non possit, nisi eidem eadem opera donetur & imputetur justitia, propter quam possit in Domino lœtari & gaudere.*

## QUÆSTIO XVII.

*Annon concessa Satisfactione Christi necessario etiam sit concedenda justitiae ipsius Imputatio; atque hac negata negetur quoque Satisfactione?*

**Q**uemadmodum *Anthologia Fidei universæ generatim consilit in Articulorum omnium harmonica colligatione, seu cohaerentia artissima;* ita quoque in *Articulorum partibus, seu Articulorum Articulis idem speciatim venit observandum: cuius rei exemplum nobis præbet conjunctissimus ille nexus, qui inter speciales hosce Articulos de Satisfactione Christi, justitiaeque ipsius Imputatione intercedere comprehenditur.* Nam, si abundans Jesu Christi Satisfactione nihil aliud est, quam justitiae, quæ nobis imputetur, per factam injuriæ Deo illatae compensationem acquisitio: Hæc, quælo, quid proderit? nisi ejusdem justitiae, ad quam nobis jam accessus per sanguinem Christi patet, applicatio & imputatio accedat, qua peccata nostra tegantur, & immensa justitia Christi consumantur, ut Lutherus in Comment. ad Gal. loquitur. Quæ cum ita sint: non possumus non multorum errorem admirari, qui, cum satisfactioni subscriptant, imputationem nihilominus justitiae alienæ, quæ satisfactionis meritorum effectus naturalis est, vehementer & impie sapientius impugnant. Certe in satisfactione suo officio Christus omnia, quæ mundus unquam commisit, aut committet, in se recepit peccata, ac sanguine suo pro iis effuso, Chirographum nobis contrarium delevit, eademque cruci sue sic affixit, ut totus jam mundus, Deum quod attinet, reconciliatus sit, nihilque restet, quam ut acquisitam gratiam justitiamque idem acceptet & amplectatur. Vides ergo, tam arde hæc connexa esse, ut deinde uno, alterum salvum ac intactum manere nequeat; ideoque & posito uno aut concessso, alterum quoque ponni vel concedi sit necesse. Quo ipso exemplo

exemplis deprehendimus, quam præclara res sit vera Fidei, quæ multis est ludibrio, *Analogia*, quantaque ejusdem ab illis sit habenda ratio, qui Fidei sanctissimæ catenam integrum habere velint. conf. quæ jam superius sunt dicta ad questionem VIII. nec non ad quæst. præced. XVI. ubi similis nexus inter Remissionem peccatorum iustitiaeque Imputationem ostensus fuit.

## QUÆSTIO XIIIX.

*An Justificatio & Sanctificatio differant realiter, & an hanc illa antecedat?*

**A**nte omnia monendum, utramque vocem tam *Justificationis* quam *Sanctificationis*, (more Theologis consueto, & ipsa S. Scriptura plerisque in locis præcente,) sumi hic à nobis *in sensu strictiori*; per illam intelligentibus eum gratiæ divinæ actum, quo Homo peccator suis à peccatis absolvitur; per hanc autem designantibus istiusmodi gratiæ divinæ operationem, qua Homo justificatus è statu suo corrupto ad imaginem Dei indies renovatur, magisque perducitur. Quo monito præmisso, et si certum sit, hos duos gratiæ actus *in uno subiecto* ita convenire, ut neuter possit sine altero existere: realem tamen differentiam inter utrosque non possumus non statuere; quia certe prioris ratio formalis consistit in peccatoris *absolutione*, & pro justo declarazione; posterioris autem in peccatorum, quæ peccatori adhuc insunt, destructione, & contra imaginis divinæ renovatione. Hinc D. Apostolus, in Epistola ad Galat. scripta, eosdem sic differe indicat, ut causam efficiemus & illius effectum, seu, ut propriis ipsius verbis utar, ut *Spiritum & Spiritus Fructum*; idemque Servator noster, (Hominem cum arbore bonos producente fructus comparans,) voluit subindicare. Notandum vero est, hæc similia non modo *Justificationem*, sed *Regenerationem* quoque strictè dictam includere, eamque *cum Renovatione* etiam conjungere. Hoc tamen non obstante rectè assentimus, realem inter hos actus intercedere differentiam; ut & Apostoli passim in suis Epistolis sollicite eosdem distinxerunt. vid. Cap. VI. Rom. & conf. cum C. III. & IV. nec non I. Cor. VI. 11. ubi varias Gratiaæ operations Paulus adducit, quibus juvantibus in Corinthiis fuerit imago Dei subinde restituta. *Lavati estis, inquit, sanctificati estis, & justificati estis.* Ast, dixeris, hoc ipsum dictum receptas sententias ideo videri repugnare;

quod

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
14  
15  
16  
17

quod exinde sequatur, Sanctificationem justificationi anteponendam esse. Fateor, ita quidem primo intuitu videri; sed revera tamen non est. Licit enim Apostolus *Ablationem & Sanctificationem* anteponat: id tamen propterea non sit, ac si res ita *subjective* se habeat, (nisi forte Sanctificationem pro Sanctitatis Christi adjudicatione accipere hic velis, quod eo sensu absurdum haud foret, qao & sanctitas ante justificationem requiritur non quidem propria, cum impium Deus justificet, certe tamen aliena nobisque imputata, ob quam Deus, eam respiciens, hominem justificat;) sed quod *ordinem Doctrinae* sequitur Apostolus, seu, ut alii sentiunt, per gradus quasi ad summum amoris à Deo Φιλανθρωπία editum specimen ascendit; *alio sensu* Sanctificationem justificatione priorem, vel tanquam partem toti inclusam, minimè sentiens. conf. Hæpfner. in *Dissert. X. de Justif.* p. 865. seqq. Quicquid tandem sit; certum tamen est: [1] Sanctificationem inhærenter tamē à Justificatione forensi tota essentia sua esse diversum quoddam Dei beneficium: [2] Tam verè Justificationem esse Sanctificatione priorem, quam verè arbor fructibus suis prior est. Id quod insuper apertissimè docet modus ordinandi Doctrinam de *Justificatione & Sanctificatione* apud Paulum in Epistola ad Rom. ubi Cap. III. IV. & V. primum agitur de *Justificatione*, ac deinde Cap. VI. VII. VIII. de *Sanctificatione*: idemque ordo etiam in Epistola ad Galatas, aliisque, non sine gravissima ratione observatur. Quam autem aliqui afferunt distinctionem inter *Opera bona & Fructus Spiritus*, è quibus illa quidem antecedere, hos vero sequi Justificationem inquiunt; ista ex cerebro humano sunt conficta, sine ullo in scripturis fundamento. Quamprimum Homo audit verbum Evangelii, illique assentit, ac promissionem in illo annunciatam acceptat; statim is bona opera operari incipit, quæ Deo grata sunt, ac ab Apostolo vocantur *Fructus Spiritus*, Gal. V. Una verò adhuc diluenda est *Objectio*, quam ex Epistola ad Rom. Cap. VIII. 29, 30. adversarii desumunt, fibique nimium de ea spondent. In illis scilicet verbis, ajunt, antepone Paulum *Justificationi conformatiōnem divinæ imaginis*; cum dicat, Deum illos, quos præcognoverit, prædestinasse, ut conformes fierent imagini Filii sui, hos vero demum vocasse, justificasse & glorificasse. Sed miror, quomodo hunc textum nostræ sententiae tanti viri opponere audeant; cum nunquam, quod volunt, ex eo potuerint probare. Nempe ab initio quidem textus dicitur: *Deum quosdam præcognovisse*, qui voluntati ipsius

ipsius non futuri sint contrarii ; hosque ipsos eum prædestinasse , ut imagini Filii conformes fierem . Ast probe hic notandum , Apostolum non affirmare , quod primum Dei opus post præcognitionem fuerit imaginis amissæ Instauratio , sed hoc tantummodo ipsum velle , quod in sanctissimo Dei consilio decretum sit , nulli debere ad Regnum Cœlorum patere aditum , nisi Filii imagini conformis factus fuerit . Hoc autem quo ordine fieri debeat , in sequentibus docet . Et primò quidem ponit *Vocationem* , seu Annunciationem voluntatis Dei in Christo : Cui si obediens homo fuerit , oblatamque sibi gratiam acceptaverit ; hanc vocationis gratiam docet excipere *Justificationem* ; vitaque cursu tandem absoluto , Glorie coronam justificatis imponi addit . Videamus itaque , hunc locum plane non favere Adversariis , egregiè vero Salutis ordinem , quem nostræ tenent Ecclesiæ , hoc ipso dicto stabiliti ; unum jam supra ad Quæst . II. fuerimus confessi , *Justificationis vocem* hoc in loco sumi generaliter , ita ut justificationem tam internam & physicam , quam externam & forensem designare ibidem videatur . Quod ipsum etiam de *Sanctificationis* tenendum est vocabulo , sciendumque , illud , si latiori accipiatur significatu , acceptæ in pari latitudine *Justificationi* tum non opponi , sed coordinari , & cum eodem converti , ita ut *justificari* sit quoque *sancificari* , & *sancificari* sit quoque *justificari* : imò vero etiam utrumque tam *inhæsse* , quam *imputative* posse fieri , intelligendum est .

## QUÆSTIO XIX.

*An Regeneratio Justificationi recte anteponatur?*

**V**ti in priori quæstione Vox *Sanctificationis* strictius accepta fuit : ita de voce *Regenerationis* idem hic est observandum ; significat que ea hic nobis nihil aliud , quam nova vita spiritualis resuscitationem , quam Fides in Jesum Christum affert . De hac quæritur , an antecedat *Justificationem forensem* , nec ne ? Theologi nostri ferè omnes in affirmativam conspirant sententiam , suis nixi argumentis ; Quibus me quoque semper subscriptissime non inficior , donec vi: quidam & eruditio ne & pietate insignis , mihiique singulariter colendus , dubia quædam movit , quibus tantum non in suam me pertraxit sententiam . Ast , cum res nondum adeò sit perfecta , neque etiam Theologi nostri suis destituantur rationibus : nihil decernam , sed ea tamen , quibus utra-

E

que

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17

que sententia nititur, fundamenta proponam, judiciumque Lectori relinquam. Aiebat verò ille noster: *Regenerationem secundum Scripturam nihil aliud denotare, quam novam divine nature, quæ per peccatum amissa fuerat, participationem,* 2. Petr. I. 3. vel *ejusmodi novam per verbum veritatis generationem, qua Christus in cordibus nostris formetur, imago Dei instauretur, ac Filiatio non adoptiva, sed nativa impetratur.* 1. Petr. I. 23. Gal. IV. 19. c. VI. 15. Col. III. 10. Joh. I. 12, 13. 1. Joh. III. 9. Hac cum negare non auderem: addebat ille potrò, fieri non posse, ut Deus Sanctissimus in corde nondum reconciliatum sanctum perficiat Regenerationis opus, cum reprobosis fugiat, quales certè ante Remissionem peccatorum & justitiae Christi imputationem in conspectu ejus sint omnes, in labe originaria concepti Homines; immò verò & hoc singulariter urget, quod Regenerationis effectus proprius sit Filiatio nativa, justificationis autem forensis, quæ talis, Filiatio non nisi adoptiva; quodque justificationem proinde Regenerationi postponere sit æque inconveniens, ac si adoptiva Filiatio, (quæ tantum in illos cadat, qui nativā adhuc careant,) native, quæ nulla ex se amplius opus habeat adoptione, postponatur; ut illa taceam, quibus *Justificationem per Imputationem ex ipsa conditionis suæ ratione Justificationi physicae,* quæ per Regenerationem fieret, anteponendam esse inferebat. Volvebam ego hæc animo, nec absonta vel absurdâ videbantur: obstabat tamen ex altera parte totus fere nostrorum Theologorum chorus, à quorum sententia temere recedere nefas mihi ducebam. Replicabam itaque, quo potissimum nostri nituntur, argumentum: Scilicet neminem nisi credentem justificari, Fidem verò nihil aliud esse, quam novæ vitæ resuscitationem, seu ipsam proinde Regenerationem, hocque ipsum probabam ex Epist. ad Galat. VI. 15. ubi Apostolus id ipsum ad novam creaturam seu Regenerationem referat, quod antea Cap. V. 6. ad Fidem retulerat, quæ sit per charitatem operosa. Jam verò, cum fidem *Justificationi recte anteponi*, inter nos conveniat, idem de Regeneratione esse statuendum colligebam. At ille nihil exinde adversus se evinci posse contendebat; cum certè ex eo, quod Apostolus Cap. V. nihil præter Fidem operosam, & cap. VI. nihil præter novam Creaturam in Christo quicquam valere dicat, ut hæc duo sint unum prorsus idemque, minime sequeretur. Hoc enim tantummodo exinde consequi, quod Fides operosa & nova creatura sint res in Christo conjunctissima, & nullo modo separandæ; cum certè vera Fides

non

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
14  
15  
16  
17

non possit esse sine nova creatura , nec nova creatura possit esse sine vera ac viva Fide. Ait Fidem , qua justificemur in sensu forensi , non esse Regenerationem ipsam , sed tantum principium Regenerationis , h. e. apprehensionem Christi , ejusque tum justificantis tum regenerantis gratiae , ex qua deinde pendeat cum peccatorum Remissio , tum quoque ipsius peccatoris Regeneratio. Veruntamen non prius nos regenerari , quam justificemur : ac licet Fidei adscribi etiam Regeneratio possit ; non eo tamen sensu hoc posse fieri , ac si prius ea regeneret , quam justificet , quanquam & justificet & regeneret , si dicto modo id intelligatur , quo Fidem esse apprehensionem Christi , ejusque & justificantis & regenerantis . idem ille profitebatur. Objiciebam ego præterea & illud , quod à Pædobaptismo desumi posset argumentum. Si enim Baptismus est Sacramentum Regenerationis , infantes autem tum demum per Sanguinem Christi , ejusque Meritum censentur esse justificati , quando jani sunt per Baptismum regenerati : Sequi sane exinde colligebam , ut Regeneratio ante Iustificationem sit ponenda. Verum & ad hoc dubium respondebatur mihi , quod , et si consequentia admitteretur , tamen circa antecedens essent aliqua monenda. Nam licet Regenerationem in Infantibus Baptismus operetur ; nondum tamen per id evictum esse regrebatur , quod ille Regenerationem ante Iustificationem operetur , sed hunc potius esse , (æque ac in adultis,) gratiae in illo operantis verum ordinem , ut primo , sive per verbum fœderale cum Baptismo conjunctum , sive etiam , (quod magis Theologis placet.) per ipsum lavarum fœderale vel Baptismum Fides in tenellis infantibus accendatur ; tum vero accensa Fides apprehendat gratiam in Sacramento hoc oblatam , eamque & regenerantem & justificantem , sed prius tamen Iustificationem quam Regenerantem ; quia in infantibus quoque Filiatio adoptiva non possit non præcedere Filiationem naturali , & Iustificatio per imputationem necessario præcedat eam , quæ sit per infusionem , aut novæ creaturæ productionem ; et si utraque operatio adeo conjuncta sit , ut non tam temporis , quam ipsius rei prioritas hic attendenda veniat. Cui responsioni suæ Vir Laudatus & hoc adjiciebat , quod hac sua sententia multum quoque lucis accederet Baptismo adulorum , qui credere prius debere , quam ad Baptismum admittantur , ideoque Fidem ad Sacramentum hoc Regenerationis afferre dicantur ; quod fieri certe haud posset dici , si Fidei , qua gratia regenerans apprehenditur , accessione ab ipsa Regeneratione , quam Baptismus dicitur operari , non

differret. Cæterum verò is neque communem sententiam omnino ducebatur improbandam: quam ex eo tantum conjiciebat esse natam, quod *Fides*, & jusque *excitatio*, quæ spiritualis vitæ sit principium, & veluti *conceptio quædam spiritualis*, Theologis pro ipsa Regeneratione fuerit accepta: id quod tolerari posse judicabat, si *Regenerationis vocabulum* eo sensu, qui in Apol. A. C. persæpe obvius esset, *latius acciperetur*, quam fieri alia secundum *ancientem* deberet. Sed nihil, ut dixi, hac de re decerno: sint cuncta Lectoris judicio relicta. Nimirum tamen suam is proderet dementiam, ac culpandum zelum, qui *insomni huic Thesis, ejusque Autori*, hos intra terminos modestiæ se continentis, heresios maculam inurere vellet: cum nobis facile esset, ex aliis quoque orthodoxis Theologis hunc sensum vocis hujus demonstrare, quo Iustificationi & ipsi Regenerationem postposuerunt. Ita enim ipse Lütherus in Comment. ad Gal. p. m. 34. in Cap. II. 16. *Iustificato*, inquit, *corde per Fidem, que est in nomine ejus, dat eis Deus potestatem Filios Dei fieri, diffuso mox Spiritu S. in cordibus eorum.* Ecce potestas, ut quis fiat Filius Dei, sequitur Iustificationem: In Iustificatione adoptamur in Filios, & mox diffuso Spiritu in cordibus per eundem regeneramur, ad consequendam Filiationem quoque nativam. Megalandro nostro B. Job. Arndtum adjungo, qui in Praxi Christiana Libr. I. c. III. p. m. 16. ad eundem modum loquitur: Das Wort erwecket den Glauben/ und der Glaube hält sich an das Wort/ und ergreiffet in dem Wort Jesum Christum/ und den Heiligen Geist/ (NB. primo Christum, seu ejus meritum, deinde ejus Spiritum,) und durch des H. Geistes Kraft und Würckung wird der Mensch neugebohren. Vides quam sint hæc verba superiori sententiae conformia: Et cum multum huic rei lucis videatur accedere ex distinctione inter Filiationem per Adoptionem & Generationem, ac vero utriusque ordine, diversoque ad Iustificationem & Regenerationem respectu; Placet ad illustrandam hanc distinctionem, quæ nulli non Theologorum probata esse poterit, adducere verba quædam Summe Reverendi mibique maxime Venerandi Dn. Präidis, qui in Theolog. Christian. pag. 95. sequentem in modum scribit: *Hoc discrimen inter Iustificationem ac Regenerationem intercedere videretur, quod in Iustificatione Deus nos ex gratia adoptet in Filios, in Regeneratione autem vere faciat Filios ac progignat.*

QUÆSTIO

## QUÆSTIO XX.

An omnis nostra justitia inhærens possit vocari immunda ac maculata?

**Q**ualis causa, talis effectus: Qualis arbor, tales Fructus: Quale principium, tale quoque est principiatum. Principium verò cum sit duplex; unum quidem ex carnali Generatione, & alterum ex Spirituali Regeneratione: non potest non duplice modo *Injustia hominis* inhærens, & quæ ex ea profiscuntur opera, spectari. Scilicet omnia, quæ homo *ex se*, tanquam *ex se*, & *ex corrupta suā natura* operatur, sunt maculata & veltus menstruorum, Es. LXIV. 6. sunt imdonea, 2. Cor. III. 5. sunt Deo abominabilia, Ps. XIV. 1. neque oculis illius placere possunt; cum illorum Autor sibi met ipse placeat. Imo ipsa quoque Regenitorum opera, si tantum respectu subjecti, & non respectu principiū talia existant, ideoque ex ipsa regenita natura qua tali originem suam non habeant, *ex se quidem*, (nisi qua imputata Christi tegantur justitia,) immunda esse ac vana, ex vero judicantur. Hinc recte docent Theologi, ipsorum Regenitorum opera, (non quatenus illi sunt regeniti, sed quatenus Lex carnis eosdem adhuc afficit,) esse vanas ac immundas, nec Deo placere. Ast ea, qua Spiritus Christi in eis operatur, opera, non possunt non pro talibus haberi, qualis illorum causa & principium est; scilicet pro omnino sanctis in se, quibus nulla macula inhæret neque affungi potest. Interim, cum negari nequeat, hominem etiam regenitum peccati nonnihil in carne sua adhuc residens habere; ab ejus immundicie facile maculas quasdam aut labes operibus ipsorum vel sanctissimis, & in se quidem optimis, aspergi omnino confitendum est; sed quæ tamen in Christi Injustia consumata, justitiam nostram turbare nequeant, cum opera nostra per Christum in conspectu Dei sint perfecta, atque Ecclesia proinde sit illa Agni sponsa, in qua macula-haud deprehenditur. Duplex hoc principium agnoscit quoque D. Quenstedt in System. P. IV. p. 325. b. quando ad Obj. X. respondet: Renatum non peccare, quatenus ex Deo est.

Nam quicquid adhuc habeat peccatis, id esse ex reliquo  
quiis carnis.

## QUÆSTIO XXI.

*Vtrum Fides Christum tantummodo secundum officium Satisfactorium, qua Sacerdotem, an vero etiam secundum officium Regium & Propheticum, qua Regem & Prophetam apprehendens, justificetur?*

**N**on hic est quæstio, an Fides, quæ apprehendit Christum qua Sacerdotem, eundem quoque apprehendat qua Regem & Prophetam; ita, ut potestatem & peccatis imperandi, & corda per Spiritum docendi, ipsi ea permittat? Hoc enim si ab orthodoxa sententia abhorre putaveris; male deciperis, atque regenerantem & renovantem gratiam à justificante inique separares. Sed hoc queritur, an apprehensio, qua apprehenditur Christus Rex & Propheta, vel qua accipimus ab ipso vires peccatis imperandi, & Spiritum corda docentem, ad justificationem forensem propriæ pertineat, ad illamque aliquid conferat? Et ita negamus questionem: hoc potissimum nisi fundamento, quod homo iustitia forensi destitutus, mortique æternæ ex reatu obnoxius in justificationis actu propriæ id tantum apprehendat, quo possit adversus vindicativam severamque Dei judicis iustitiam securus esse, quoque ipsi aditus pateat ad Reconciliationem cum Deo ineundam, id quod solius Sanguinis Christi efficitur virtute, ut scriptura testatur, Rom. III. 24. 25, 26. Eph. II. 13, 14. Ebr. X. 10, 14. 19, 20, 22. Sicut etiam Experiencia confirmat, hominem iustificandum spectari ut peccatorem, & anxie expertem illam gratiam, qua foræ ad Deum clausæ referentur, ipsique iustitia Christi aliena communicetur, ut Pater cum Filio & Spiritu Sancto ad ipsum reconciliatum venire, in ipsoque habitare possit. Hanc igitur gratiam condonantem primum ex servatoris vulneribus credens anima fugit, & justa declaratur: veruntamen non ipsi sufficit, sola imputatione gaudere, sed omnes porro & singulas promissiones, ad ipsam, qua credentem, directas, ideoque non solum illas, quæ hominem iustificant, sed quoque quæ regenerant, ipsique vires ad vincendum mundum & peccatum largiuntur, itemque eas, quæ Spiritum Sanctum ductorem & doctorem offerunt, animo flagrante apprehendit. Ast hac apprehensione, ceu patet ex modo dictis, justificationem forensem, pendentemque ex ea salutem, in judicio divino Fides haud consequitur;

quitur; quippe quæ ei conferuntur ratione solius oblationis illius satisfactoriæ ac sacrificialis, quæ facta est ἐφάπαξ, semel, & uno tempore, Ebr. X. 10. Etsi autem Fides, qua viva est & operosa, ( quam , cave, cum operante, aut ipsis operibus ne confundas, ) non justificet; neque etiam salutem nobis promereatur: necessariam tamen eam esse in homine salvando, negati nullo modo potest; idemque vel ex communi sententia firmissimè colligitur, quā justificatus etiam creditur esse necessario regenitus. Nam certe æquæ fieri nequit, ut homo depravatus & irregenitus purissimum Regnum cœlorum intret, ac impossibile est, ut pescis in terra degat, & terrestre animal sub aquâ tangam in suo Elemento possit consistere. Merentur denique hic adponi verba D. Speneri in dem Send-Schreiben an einen ausländischen Theologum, p. 18. Wir dörssen uns die Freyheit nicht nehmen / Christum allein als einen Hohen-Priester/ der uns versöhnet habe / anzunehmen / da wir hingegen nichts davon wissen wollen / wie daß Er unser Prophet und König seye / den wir hören / und Ihme als gehorsame Untertanen in allem gehorchen müßten: welches Christum getheilet hieße. Wer Ihn aber nicht ganz haben will / wird gewißlich Ihn gar nicht erlangen. add. seqq. Et ipse D. Quenstedt in suo System. Part. IV. p. 294. a. distinguit inter apprehensionem Fidei, que apprehendit Meritum Christi, dum homo certo sibi persuaderet, Christum pro se esse mortuum, & in eo Fiduciam collocat, ac justificatur; & apprehensionem Charitatis, que non Christi Meritum, ejusque activam & passivam obedientiam, sed Christum ipsum, seu potius totam S. S. Trinitatem apprehendit, illam desiderat, & in ea unicè se oblectat. Quibus ex testimonis apparet, apprehensionem Christi secundum triplex: ejus officium Theologis nostris haud esse odiosam, uti immerito ipsis attribuitur; quippe ad Iustificationem tantummodo forensem eandem non referri debere statuerintibus; utpote quod sola spectet Christi qua Sacerdotis & Mediatoris apprehensio. Sed nescio tamen, cur Dn. Quenstedt apprehensionem, quam vocat Charitatis, etiam Fidei dubitet adscribere; cum certe etiam per Fidem Christus dicatur in cordibus nostris habitare, Eph. III. 17. ut raseam, Christum etiam, qua Sacerdotem non solâ fide, sed charitate quoque & amore, h. e. flagrantissimo voluntatis in Christum Mediatorem defixa actu, ( qui ipsis sane fidei essentialis est,) à nobis apprehendi: nisi is fortasse Fidem hic strictissime accipiat.

QUÆ-

## QUÆSTIO XXII.

*An Fides justificans respiciat tam Christum in nobis, quam Christum pro nobis: & an justificatio, quæ fit per Christum pro nobis, possit unica, sufficiens & adæquata justificatio vocari?*

**A** Rctissimum quidem nexus & respectum inter Christum pro nobis & Christum in nobis intercedere, supra ad quæst. XVIII. jam probavimus; idemque vel ex eo certum est, quod ideo Christus pro nobis traditus fuit, ut in nobis quoque suam exerat virtutem & gratiam, h. e. ut clausæ cordis portæ per ipsius Mortem & Resurrectionem referentur, ipsique via præparetur, qua rectâ possit corda nostra adire, ac Spiritu suo penetrare & replere. Hinc recte duo hæc dicuntur: (1) Sine Christo pro nobis non potest esse Christus in nobis: & (2) sine Christo in nobis non prodest Christus pro nobis. Verum de hoc in præsenti quæstione non ambigitur; quippe quæ eo potius spectat: *An Fides justificans, (voce in significatu judiciali & forensi hic accipienda,) & quidem quatenus est talis, cum Christo in nobis ita sit connexa, ut etiam respectus aliquis, ad Christum, qua in nobis est, sit dictæ Fidei essentialis, ideoque ad essentialē & formalem rationem justifici objecti, quod Fides apprehendit, debeat simul referri? Quæ ipſa quæstio cum pro diversa explicatione ac statu terminorum certo modo & affirmari & negari possit: dabimus operam, ut qua ratione utrumque hoc possit fieri, brevibus indicemus.* Pro affirmatione quæstionis hoc militat præcipue argumentum, quod objectum Fidei justificantis non possit dici simpliciter Christus pro nobis, nisi cum hoc addito, quatenus ille fuerit à nobis vera fide apprehensus: id quod certe & omnes nostri Theologii concedunt; quippe qui secundum scripturam non possunt non docere, apprehensionem Fidei ad Christum pro nobis debere necessario accedere, si justificationem per Christum pro nobis velimus obuenire. Exinde autem porro colligitur, hoc ipso jam evictum esse, quod etiam respectus ad Christum in nobis justificanti Fidei essentialis sit necessario habendum. Scilicet cum Christus pro nobis non justificet quemquam, priusquam sit vera Fide apprehensus; Christus autem non possit censi apprehensus, nisi qua apprehendenti factus sit internus: certum sane esse, quod cum demum justificatio sequatur, quando Christus pro nobis, extra peccatorem

cato rem antea spectatus, per salutarem apprehensionis actum, quo usque ille se extendit, internus credenti factus est; quodque & omnis proinde justificantis Fidei conatus eò tendat, ut Christus pro nobis nobis credentibus, eo ipso, dum apprehenditur, etiam internus fiat, sive que Christus in nobis etiam existat. Quæ sententia si hunc in modum explicitur, & per Christum in nobis nihil aliud intelligatur, quam illa Christi cum fideli anima conjunctio, quæ ex apprehensione ipsius, tanquam Mediatoris nostri, credenti necessario obtingit; non video, quid possit in contrarium afferri, aut cur, hac facta explicatione, haud possit illa approbari. Alter vero res se habet, quando per Christum in nobis non tantum ea respicitur conjunctio, quam ipse apprehensionis infert actus; sed ea etiam, quæ fluit ex succedente plenaria Christi inhabitatione, justificationem jam peractam subsequentem: quæ etsi in priori & ipsa suo modo radicata sit; cum ea tamen non debet facile confundi. Cum enim Christus gratiosa sua inhabitatione nemini internus esse possit, nisi ei, qui per Fidem in Sanguine ejus coram Deo jam fuerit justificatus: apparet certe, quod apprehensio Fidei, quæ antecedit justificationem, nondum ad Christi inhabitationem usque se extendat, quæ plena & intima ac veluti physica seu essentialis est Christi totius comprehensionis; sed tantum in meriti ipsius expeditione & attributione adhuc terminetur, ideoque comprehensione moralis ac intentionalis magis, quam physica & essentialis, Christum pro nobis complectatur: licet etiam physica hec à morali ista, (si justificationis essentialia consequentia spectemus,) haud possit separari. Et hoc sane volunt, qui negantur circa propositam questionem amplectuntur sententiam: dicentes, quod Christus in nobis, quatenus accipitur pro Christo inhabitante, & varios novæ vita fructus in nobis producente, justificationis rō formale ejusque justificum objectum non respiciat: quia scilicet istiusmodi Christi Salvatoris cum fideli anima conjunctio non est justificationis esseentialie antecedens aut concomitans, sed tantum esseentialie consequens, quod ipsum justificationis rō formale non attingit. Quare, licet apprehendenti Fidei Christus pro nobis quodammodo internus fiat, atque hoc ipsum quoque, quantum ad hunc apprehensionis actum pertinet, ad justificationis actum esseentialiter spectare negari haud possit: est tamen hic respectus, quo Christus pro nobis, prout est verā Fide apprehensio, in justificatione necessario spectatur, non principalis, non immediatus, non directus, non meritorius salutis & justitiae; sed tantum conditionalis, me-

E

diatus,

14.  
15.  
16.  
17.

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22

datus, indirectus, & salutis ac iustitiae, per Christi meritum jam acquisitae, in credentem collativus; quo spectat typus serpens aenei in deserto eretti, cuius vel solus aspectus, ex fide in Verbum promissionis proficisciens, eundemque ut salutiferum objectum aspiciendo apprehendens, letiferum Israelitarum vulnus poterat sanare. Conf. etiam singulare hujus Fidei exemplum Math. IX. 21, 22. ac vide, quæ de Sanguine Agni Paschalis Israelitarum portis ad securitatem illito in Exodo habentur. Unde porro sua sponte etiam consequitur, quid de altero proposito questionis membro, an scilicet *Justificatio per Christum pro nobis possit unica sufficiens & adequata Justificatio vocari*, statuendum nobis veniat. Affirmandam enim esse questionem nemo non intelliget, qui recte animadvertiset, de statu hominis judiciali, deque statu ejusdem ad peccatum relativo, ob quem aliena Iustitia nunquam non opus habebit tegumento, nobis hic sermonem esse, atque considerabit quoque, hanc ipsam justificationem forensem alierius eujuscunque justificationis principium & fundamentum esse.

### QUÆSTIO XXIII.

*An Individuali seu personali Meriti Christi & peccatorum Remissionis applicatione idcirco Homines justificandi non indigeant, quia Deus jam pridem propter universalem Filii Redemptionem toti generi humano fuit reconciliatus?*

**N**Otiissimum est, Theologos nostros unanimi consensu statuere, peccatorum Remissionem, & Iustitiae Christi Imputationem, fide personali à singulis obtainendam esse. S. Scriptura autem cum passim nos doceat, Mundum, cum Deo exosus adhuc esset, Ei per Filii Mortem fuisse reconciliatum, adeò ut ipsi quoque peccata amplius non imputaverit, Rom. IV. 10. 2. Cor. V. 19. videtur nostrarium sententiae hoc ipsum ideo obstat; quia absurdum censeri possit, Fide demum id à singulis post plura secula queri, quod plura ante secula ab universis jam obtinutum est. Videndum igitur, an Theologi nostri SS. literis re ipsa contrarii sint, aut an scriptura potius cum nostrisibus duplicitem adstruat Reconciliationis modum? id quod ex sequentibus patebit. Validissimum equidem argumentum, quo recepta Theologorum sententia everti posse

posse videatur, fundatur in supra citatis dictis, Rom. V. 8, 10. &  
 2. Cor. V. 19. ubi ipsi M<sup>und</sup>o, & quidem adhuc inimico, (quo nunquam in Sacra Scriptura pii intelligendi veniunt,) peccata propter Filii Redemtionem non imputari, Apostolus testatur: Ex quo sequi videtur, inanem omnino esse operam, quæ in acquirendam gratiam jam pridem nobis collatum impendatur. Regerimus autem, (1) verum quidem esse, quod testante Apostolo 2. Cor. V. 19. Deus Mundum universum per Christi Mortem ipse secum reconciliaverit; ast (2) itidem verum esse, quod testante eodem v. 20. Mundus per hanc Reconciliationem & ipse debeat ex sua parte cum Deo reconciliari, atque ita id, quod ex parte Dei factum est, agnoscere. Ergo non potest non duplex statu Reconciliationis & peccatorum Non-Imputationis Modus, uterque v. 18. conjunctim & simul expressus, quorum prior à solo Deo proficiscitur, posterior autem una hominis consensum requirit. Deus scilicet conditionatè cum M<sup>und</sup>o reconciliatus est, si gratiam, Morte & Resurrectione Christi omnibus Hominibus acquisitam, ipsisque per annunciationis Verbum oblatam, illi vera fide accepturi, neque semetipos hoc gratiæ dono indignos habituri sint. Rem exemplo quodam illustremus. Ponamus civitatem, quæ à superiori suo defecerit, ab eodem autem in gratiam bac conditione sit recepta, ut unusquisque civis supplex accedat, ac, impietate agita, gratiam imploret. Eiusmodi civitatem à parte Principis offensi in gratiam jam restitutam esse, omniumque, quæ comiserat, iniquitatum eundem esse oblitum, neque eas illi imputasse, certo quidem judicaveris: licet reconciliationis quoque fieri adhuc debeat à parte civitatis offendentis, ideoque hic vel ille civis, Principis negligens benignitatem, propositamque conditionem recipere negans, merito in offensa maneat. Quare plena perfectaque Reconciliationis demum absolvetur, si ad ejus complementum civis unusquisque oblatam Principis gratiam acceptet. Pari modo se res habet cum genere humano, quod in gratiam receptum, nihilominus ad gratiam Dei vera penitentia ac Fide amplectendam obligatur, ita, ut metuens & confidens unusquisque ad Instritio Misericordiaeque Thronum se prosternat, sicque Mortis Christi Fructum consequatur. Haec est illa, quam Deus, nobis jam reconciliatus, poscit à nobis reconciliationē, & qua sine beneficio suum erga nos animum plene manifestare nequit. Exinde quoque fluit, quod statim Apostolus suadet, ut cum Deo reconciliato reconciliemur. Quæ certe Reconciliationis non idem tantummodo significat, ac sensum

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14

carnis abnegare, ut quod potius ad animi reconciliandi dispositionem, quam ad ipsam Reconciliationem pertinet; sed injuriam Deo illam humiliter deprecari, gratiam expetere, oblatamque solite amplexari. Hæc asserta nostra aliis insuper Scripturæ testimonis comprobari possent, nisi brevitati studeremus. Notari tamen potest locus Rom. IV. 7. ubi singularis *Viri beatitudo* dicitur, cui peccata non imputantur. Hoc enim si ad *Mundum universum* spectet, sine interveniente singularium paenitentia ac Fide; sane omnes homines, etiam infideles ac impoenitentes, beatos hic prædicari fuerit existimandum. Quod cum dictu sit absurdum: erunt certe in *Mundo*, etiam ex parte *Dei* jam reconciliati, qui Remissione peccatorum salutari ideo gaudere nequeant, quia ejusdem fieri participes ex sua parte negligunt, salutisque consequendæ Leges spernunt.

## QUÆSTIO XXIV.

*An ante Augustini tempora Doctrina de gratuita Iustitia Christi imputatione Ecclesiæ fuerit ignota?*

**I**N Responsionibus ad quæstiones priores hancce veritatem ex *Sacra Scriptura* abunde, ut confido, demonstravi. Jam alius pergendum est, videndumque, quam patrum quoque sit fundata nova hæc, quam Adversarii proferunt, Objectio: qua dicere non vertentur, ex *Patribus*, qui ante *Augustinum* floruerunt, neminem quicquam de hac sciisse Doctrina, sed eam ab *Augustino* denum fuisse excogitatam. Haic equidem labore facile supersedere possem: cum ad contrarii demonstrationem vel sola *Scriptura* nobis sufficeret. At cum ad varias tentationes occasio piis hoc dubio enasci possit: ex sanctis ipsius primi ac apostolici seculi Patribus quædam afferemus, quæ dicta nostra comprobare, itemque docere poterunt, tantum abesse, ut *Augustinus* hanc Doctrinam primus excogitaverit, ut *Patres* potius priores, ac ipsi apostolici viri, persæpe multo melius, quam ipse *Augustinus* & *Hieronymus*, caterique sequioris ævi *Patres*, (qui crescente operum merito sensim à pura hac Veritate, limpidisque fontibus *Israelis* sunt abstracti,) locuti esse deprehendantur. Inter primos vero hujus Veritatis testes non immrito post *Apostolos Clemencem Romanum* refero, qui, et si hanc Doctrinam ex instituto non tractaverit, præclara tamen nobis vestigia reliquit, quibus de casta ipsius Fide in uniuersum Mediatorem Christum ab-

unde

unde nobis constet. Ita enim *Hominis Iustificationem* confirmat in Epist. ad Corinth. §. XXXII. edit. Ittingian. Lips. p. 54. Πάντες δὲ ἐδοξάσθησαν,  
καὶ ἐμεγάλινθους, & δι' αὐτῶν, οὐ τῶν ἔργων αὐτῶν, οὐ τῆς δικαιοπαραγίας,  
αὐτὸς διὰ τῆς θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ημεῖς ἐν διᾷ 18 θελήματος αὐτοῦ εὑ-  
χεισῶ οὐσίας πληθεύεις, & δι' εἰσιτῶν δικαιώματος, εἰδὲ διὰ τῆς ημετέρας ου-  
φίας, οὐ συνέσεως, οὐ ἐνοτέρας, οὐ ἔργων, ὡς κατεργασμένα εὐ οὐσίτη  
καρδιας αὐτὰ διὰ τῆς μίσεως, διὸ πάντας τὰς αἵρετας οὐ παριστη-  
τας θεός ἐδικάιωσεν. In his sensum suum adeo clare sanctissimus Pater  
expressit, nobisque gratiam, exclusis omnibus operibus, commendavit,  
ut juraret Pontificius, vel quicunque alias cœlesti huic Doctrinæ se  
opponit, Autorem hujus Epistolæ Lutheranum esse. Nihil certe ha-  
bent, quod opponant adversarii contra clarissimum hoc testimonium.  
Sive enim dixerint, *justificationem* esse quidem vocabulum forense, *ju-  
stos autem absoluta deum sanctitate, & anima ex omni parte purificata,*  
pronunciati; sive etiam *justificantes* gratiam à renovante non differre  
judicaverint; nullo tamen modo evadere poterunt. Nam omnem  
plane B. Pater & Sapientiam & Sanctitatem, & quævis opera excludit;  
atque in posterioribus quoque verbis pietatis studium commendat  
illis, qui *jamjam justificati sunt*, quando objectioni quorundam ita re-  
spondet: Τι δὲ ποιομεν, ἀδελφοί; ἀργάσωμεν δοῦλοις αγαθοῖς,  
καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγαπὴν; μηδαμέν τετο ἐάσου ὁ δεσμός εἴφ-  
ειν τὸ γεννηθῆναι αὐτῷ σπισμένων μετα ἐκτενεῖς καὶ περιθυμίας πᾶν ἔργον  
αγαθὸν δημιεῖν. His verò, qui de inherentia iustitia vocabulum justi-  
ficationis interpretantur, pariter Autor noster reclamat, dum *omni ju-  
stitia inherentia, & sapientia & pietate exclusa, soli gratiæ voluntati Dei*  
*Justificationis opus tribuit: & ita quidem, ut non tantum opera ex co-  
æctione legali profecta rejiciat, sed ea quoque, quæ in Sanctitate cordis,*  
(quæ ante Regenerationem existere nequit,) *operari sinus.* Potro si  
tantummodo de *gratia*, vel *iustitia infusa*, seu de *Regeneratione*, Cle-  
mens noster id intellectum vellit: quid opus fuisse, eam non solum  
cordis *sanctitati* opponere, sed quoque *hortari*, ut & nos ipsi *justitiae*  
operemur. vid. §. XXXI. p. 55. Et hæc universalis illius temporis fuit  
confessio. Ad eundem enim modum & Ignatius est Polycarpus, alioq;  
loquuntur. *ILLE* in Epist. ad Trall. §. II. edit. Lipsiens. p. 70. dicit,  
Christum esse διηνᾶς δογματικα, (en Satisfactionem;) ἵνα μισεύοντες  
εἰς τὸν Γεννατὸν αἰτήσῃ, (En Objectum Fidei, & in qua illa formaliter consi-  
stat;) τὸ δογματικὸν εἰπεῖν, (En Satisfactionis fructum.) *HIC* autem

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
14  
15  
16  
17

in Epist. ad Philipp. §. I. edit. cit. p. 372. ita se explicat: Εἰδότες, ὅτι  
 χρεῖται εἶναι σωτηρίας ἐπὶ τοῦ ἔγχων, καὶ αὐτὸν θεῖναι τὸν Θεόν, (hac est Dei  
 φιλανθρωπία,) διὸ τὸν Χριστὸν, quem paulo ante dixerat pro peccatis  
 nostris esse passum. conf. §. VIII. Hanc ipsam porrò & seculi II. Pa-  
 tribus illi tradiderunt veritatem, ut ex illorum scriptis videre est, at-  
 que ex singulis probari posset. Sufficiat interim nobis unus *Iustinus*  
*Martyr*, qui passim hanc fidei castitatem in animo suo fuisse reposi-  
 tam, ostendit. Imprimis vero adduci merentur Verba ejus, quibus  
 animi sui sensa in Epist. ad Diogn: exprimit p. 500. Edit. Colon.  
 Θεος, inquit, τὸν ιδεον Τίον απέδοτο λύτρον πάσῃ οὐμῶν, τὸν ἄγνοιαν πάσῃ  
 αἰρεμῶν, τὸν ἀκακον πάσῃ τῶν κακῶν, τὸν δίκαιον πάσῃ τῶν ἀδίκων, τὸν  
 ἀφθαρτον πάσῃ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀτάκατον πάσῃ τῶν θνητῶν. Τί γαρ  
 αἷδο τὰς αἱματίας ημῶν ηδυνάθη καλύψαι, η̄ εἰνεις δικαιοσύνη; Καὶ τὸν  
 δικαιωθήσαντα δικαιοσύνης οὐκέτι ημᾶς, καὶ αὐτοῖς, η̄ εἰ μόνα τῷ Τίῳ τῷ  
 Θεῷ; οὐ τῆς γλυκειᾶς αἰσθανατογῆς, οὐ τῆς αἰνεξιχνίας δημιουργίας, οὐ τῶν  
 ἀπεισθόκητῶν ἐνεργεσιῶν, οὐτε αἴρομεν μὲν πολὺν εἰναι δικαῖον εἰνὶ κρηπῆ,  
 δικαιοσύνη δὲ ἐνὸς πολὺς αἴρομεν δικαιώσην. Viderimus hic sole clarius,  
 D. Patrem, nostra peccata alterius iustitia regi, statuens: id quod de sola  
 imputata, non animi de inhaesiva, dici posse manifestum est, quippe quæ  
 posterior peccata non regit sed tollit. Idem & ultima verba demon-  
 strant: in quibus doceatur, multorum quidem illegalitatem in uno ocul-  
 tari justo, unius autem iustitiam multos justificare sceleratos: vocemque  
 justificare ipsi idem esse, ac pro justo reputare. In Dial. cum Tryph. p.  
 267. ait: Μή Χριστός καὶ οὐ Φιλανθρωπία τῷ Θεῷ, καὶ τὸ ἀμετρον τῷ πλευτῷ  
 αὐτοῦ τὸ μελανούσα τὸ τῶν αἱματημάτων NB. οὐ δίκαιον καὶ αἰνειασθῆνον  
 ἔχει, ubi particula οὐ imputationem clare ostendit. Et pag. 229. Fidei  
 Objectum Sanguinem & Mortem Christi esse probat, cum, Expiati sunt,  
 ait, Fide per Sanguinem Christi & Mortis ejus. pag. itid. 338. egregie is  
 ipse instituit Analogiam inter carnale Iudaorum Pascha, & Pascha no-  
 strum Spirituale, quod est Christus, ac concludit: οὐ τὸς εἰναι Αἰγύπτων  
 ἐσωτερον τὸ αἷμα τῷ Πάτρῳ, οὐτος τὸς πιστεύοντος βούτην εἰναι θανάτον τὸ αἷμα  
 τῷ Χριστῷ. add. seqq. in quibus coccineum Rababis funiculum Sanguinis  
 Christi typum prae se tulisse, eleganter comprobat. Hactenus audivisti,  
 Lector, Iustinum quoque Martyrem sententiam nostram afferentem  
 confirmantemque. Possemus, si plagularum angustia permitteret,  
 plura ex Ireneo, Clemente Alexandrino, aliisque Dei viris testimonia  
 subjicere: Ait, his missis, unicum saltem Origenem, (cui nescio,

an ingenio & pietate suo tempore præferendus alius fuerit,) adducamus: Qui in Comment. super Epist. ad Rom. ad verba, *Ubi est gloriatio tua*, dicit: *Sufficere Solus Fidei Iustificationem, ut credens quis tantummodo justificetur; etiam si nihil ab eo operis fuerit expletum. Immune igitur nobis, ait, qui integrum esse scripturam Apostoli conamur afferre, & ordine suo cuncta constare, ut requiramus, qui sine operibus sola Fide justificatus sit.* Quantum igitur ad Exemplum pertinet, sufficere arbitror illum Latronem, qui cum Christo crucifixus clamavit ei de cruce: *Dominne Iesu, memento mei, cum veneris in Regnum tuum.* Nec aliud quicquam describitur boni operis ejus in Evangelii, sed pro hac sola Fide ait ei Iesus: *Amen, dico tibi, hodie tecum eris in Regno meo.* Aperimus nunc, si videtur, hujus Latronis verba cause Apostoli Pauli, & dicamus ad Indeum: *Ubi ergo est gloriatio tua? certum quia exclusa est, exclusa autem non per Legem operum, sed per Legem Fidei.* Per Fidem enim justificatus est hic Latro sine operibus Legis: *Quia super hoc Dominus non regnabit, quid prius operatus esset, nec expectavit, quid operis, cum creditisset, exploreret, sed sola confessione justificatum, comitemque sibi, Paradisum ingressurus, assumptus.* Conferantur denique D. Bebeli Antiquitates Ecclesiast. nec non D. Baieri Compend. Theol. Hist. Loc. XII. qui et si parcus sit in testimonii Patrum proferendis, rationem tamen reddit haud incongruam, cur Augustini præcipue temporibus, non ex cogitata aut conficta, sed instaurata potius ac vindicata sancta & antiqua haec Doctrina fuerit.

## QUÆSTIO XXV.

*An in futura quoque vita per imputatam iustitiam justi sumus exituri?*

Forensem, quam dicunt, Hominis justificationem, quæ sit per iustitiam Christi alienæ imputationem, unico ac veluti momentaneo absolvi Actu, ac, licet ejusdem fructus ulterius se extendat, nullam tamen Actus ipsius, nisi in relapsis, crebriorem requiri repetitionem, in confessio est. Quare & hic non de ipso Actu, neque etiam de Actus repetitione sermo nobis erit; sed tantum de illius valore, quo usque ille temporis ratione se extendat, h. e. utrum hujus solummodo vita limitibus includatur, aut an ipsam quoque Aeternitatem penetret, ac in eadem valeat? Ad quod diversimode respondemus, secundum varium hujus impun-

34
33
32
31
30
29
28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14

tatæ justitiae respectum. Nam in *Theologia Viatorum* imputata justitia propterea tantopere est commendanda, ut homo peccator, perfecta justitia inhærente adhuc destitutus, & aliena proinde contegendus, de peccatis tam presentibus quam preteritis in rigoroso Dei judicio securus esse queat. Sed in eterna vita, ubi inhærens quoque justitia omnibus numeris absoluta & consummata erit; imputata certe non plane eodem modo, atque in hac vita locum habere poterit. Quid enim, eradicato penitus peccato, illius, qua nullum erit, Tectio opus adhuc haberemus? At, an nulla prorsus ratione imputata Christi justitia in futura quoque vita locum habere possit; ex eo haud immerito subdubitaverim, quia nunquam desuara ejus Necessitas exinde probati posse videtur, quod homo propter peccatum anteactum, quo æternam Creatoris sui Majestatem graviter offendit, & quod propria satisfactiōne nunquam plene expiare potuit aut poterit, ad perpetuo abolendam tanti criminis memoriaē, æterna justitiae Christi tectio in ipsa quoque eterna vita adhuc indigere sit necessario existimandus. Cumque ipsa S. Scriptura Satisfactionis Christi *VALORE* in aeternum se extendere testetur, Ebr. X. 14, 10, 12. c. XIII, 8. cur non etiam de actuali ejusdem *VSV* idem, quæso, affirmaverim? Et sane res omnino ita est! Nam cum & crimen nostrum, quo Deus infinitus fuit lœsus, aeterna sit extensionis; cur non & sanguis ille pro nobis effusus, qui Dei ipsius sanguis appellatur, Act. XX, 28. infiniti valoris & extensionis esse debeat existimari? Hinc non absurde quis statueret, Ecclesiam ipsam quoque triumphantem, ut patet ex Apoc. V. 9, immaculati hujus Agni sanguine semel acceptam Deo redditam, Eph. I. 6. propter ejusdem Meritum tanquam sponsam Agni, ex cuius illa desumpta est ossibus, aeternum esse placitum, Eph. V. 30, ideoque Fideles semper sub hoc respectu, quod sint membra Christi, Deo futuros esse chariores. Ac, licet verum sit, quod peccatorum semel remissorum nunquam Deus velit recordari; hoc ipso tamen supponitur, quod justitia Filii Dei, semel nobis collata, debeat ad hunc effectum aeternum conservari. Ut taceam, ipsam quoque vitam eternam nobis ob impatiam Christi Institutam principaliter conferri; quippe quam nullo plane propria seu inhærentis justitiae merito recuperare in tanto admissi criminis reatu poteramus. Quidni ergo ejusdem quoque valor aeternum necessarius, aeternumque proinde permanens censi debeat? Neutquam ergo obstat futurus Hominis in altera vita à peccatis liberati status perfectissimus, quasi propter inhærentis justitiae abundantiam is nulla tum

impus.

imputata iustitia opus amplius sit habiturus; cum supra jam sic annos tatum, Hominem, tametsi in statum perfectae gloriae translatum, non quanam tamen caritatem Salvatoris sui iustitia, ejusque gloria, qua omni- bus Dei Sanctis est in aeternum adfutura.

## QUÆSTIO XXVI.

*An Articulus de Iustificatione sit palmarius?*

Insignia sunt quidem praedicata, quibus hunc de Iustificatione Articulum Theologi nostri insigniunt & exornant: quando imprimis *Apol. A. C. p. 60.* illum præcipuum Doctrinæ Christianæ locum vocat, qui recte intellectus illustreret & amplificaret honorem Christi, & afferat necessariam & uberrimam consolationem p[ro]s conscientiis; itemque *Lutherus* in Cap. XXI. *Genes.*: hunc summum vocat Fidei Articulum, quo sublato, sive depravato, neque Ecclesiam consistere posse, afferit. Cum quo etiam alii Theologi, præsertim *B. Chemnitius* in *LL. Theolog. Part. II. de Iustif.* in principio, & *Meisnerus*, *Anthropol. Decad. III. Disput. XXIV. de Iustif.* p. 139 faciunt; cujus posterioris verba adduci omnino merentur, quando *I. e. sequentem* in modum ait: *Hic Articulus quasi centrum Theologia est, ad quod omnia collineantur; Sacer Oceanus est, in quem omnia confluunt; Arca Fidei est, qua omnia servat tutam & illibata.* Id quod pluribus quoque deduxit *Kromayerus*, in *Theolog. Positivo-polem.* in proœmio ad *Loc. X. de Iustif.* quod legi hac de re præ aliis meretur. Ast salvis his omnibus elogiis nondum tamen videtur satis definitum esse, quod definiendum proposita quæstio proponit: Cum ista valde quidem Articuli hujus excelleniam deprædicent, ast nondum ipsi omnino præ reliquis primatum tribuendum probent. Quætitur itaque, an pro palmario absolute tali hic recte venditetur? aut an alteri potius prærogativa hac sit tribuenda? ad quam quæstionem, si ita status ejus formetur, negando esse respondendum nullus dubito. *Absolute enim loquendo vix omnibus præponi poterit;* cum ille præsertim, qui de Deo, ejusque essentialibus attributis agit, magis fundamentalis, magisque palmarius ideo mihi videatur, quod sine illo, (ut ipsa Scriptura Ebr. XI. 6. id confitmat,) neque hic neque alias articulus substituere potest, primumque pietatis & omnis bona doctrina fundamentum is constituit. Unde & ipsum SS. Trinitatis & omnium confessione magna illud pietatis Mysterium huic anteponendum esse ideo credidimus.

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14

rim, quia in ipso absconditos esse omnes sapientiae & cognitionis Thesauros, Spiritus S. ait Col. II. 6. & quia hic ipse noster, si explicatus cognosci debeat, ex illo non potest non deduci. Recte tamen pro palmario secundum quid, sive in certo genere habetur; habito scilicet ad Salutis ordinem respectu, in quo nullus est cum tota salutis nostrae ratione aequi conjunctus, illamque tam immediatae & propinqua ait inveniens, aut respiciens, quam quidem hic noster, quem Centrum totius illius ordinis haud immetit existimamus. Quare admodum hoc quadrant verba B. Meisneri supra citata, in quibus illum Centrum Theologia nominat, atque B. Lutherus nullum, hoc depravato, salvum & intactum posse consistere agnoscit. Quibus addo: integrum THEOLOGIAM SALVIFICAM, hoc fundamento in corde nondum stabilito vel concusso, aut abesse omnino, aut corrue. Quantus autem & quam præclarus est hic Fidei Articulus, tantus etiam, tamque detestandus error est, quo ejus veritas impetratur. Quodsi enim verum est, quod B. Meisnerus ait, articulos omnes alios eo collineare; pessimè certe faciunt, qui lineas à centro separant ac rescindunt. Id quod de reliquis quoque Fidei paribus tenendum est; quæ semper debent spectari in concreto, hoc est, prout se invicem vel includunt, vel supponunt, vel subordinant. Qui certe quo præstantiores in se sunt, eo plus detrimenti per accidens ejusmodi corruptoribus affertur: quando nempe illi salutifera Doctrina corpus, veramque Fidei Analogiam, seu mutuam Articulorum Χέον, (quæ systematici corporis anima est,) eo quasi loco impugnant, quo maxime illius vis & virtus residet. Hinc tandem concludimus: *Quemlibet fidei Articulum in se quidem esse omni acceptione & veneratione propter suam excellentiam dignissimum; sed alterum tamen esse altero, ut Membrum Membro, præstaniorem; Palmarium autem in ordine Salutis, & cor quasi Theologia Salvifica esse nostrum illum de Iustificatione; sed absolute palmarium & universorum Caput esse Articulum de Deo, & SS. Trinitatis Mysterio: pessimamque hinc judicamus esse heresin, illos invicem discerpere, & nexum tollere; cum unus sine altero male cohæreat, nec diu subsistere queat.*

QUÆSTIO

## QUÆSTIO XXVII.

*An Articulus de Iustificatione sit solus Revelationis, an quoque Rationis?*

**I**N proposita quæstione tria sunt, quæ continentur. (1) *An Articulus hic sù Revelationis;* (2) *An sù solius Revelationis;* & (3) *an quoque Rationis:* quod postremum tamen Menstruum totum à secundo pendet, & suà sponte ex illo fluit. Ad singula ergo nonnihil respondebo. Primam questionem quod attinet; ex supradictis nulli non, ut confido, patebit, abunde in S. Scriptura fundatam hanc Doctrinam esse, eandemque ita à nobis ex illa deductam, ut de ejus veritate secundum verbum divinæ Revelationis dubitari haud possit. Ad hoc autem in præsenti quæstione non adeò respicitur, ubi, quod altera quæstio indicat, de eo potissimum queritur, an sòli id Revelationi tribuendum sit, quod ex ea notum est? Id quod citra limitationem tam absolute affirmari posse valde dubito. Hoc equidem fatendum est, quod plene hæc Doctrina non possit aliunde peti, quam ex Scriptura lumine. Illa enim sola est lumen illud lucens, quo adjuvante Phosphorus in cordibus nostris oritur, ortusque nos ducit in eternam patriam, 2. Petr. I. 19. Ast Rationi tamen etiam, quo tercia spectat quæstio, non prorsus ignoramus esse abundantioris iustitiae necessitatem: cum ex Ethnicorum quorundam suspiriis putem manifestum esse, quibus, eis Iesum Nazaram, Salvatorem nostrum, ignoraverint, nihilque eis de iustitia ipsius imputatione annunciatum fuerit, infinitam tamen Enim Entium Misericordiam, præsertim in ultimo Mortis agone implorarunt, illaque sua peccata tegi desiderarunt; tum magis quoque id ipsum colligo ex interno illo, qui omnibus ad se recte attendentibus inest, accusantis conscientia reatu, quo fit, ut homines de propria iustitia necessario desperent, sicque ad confugiendum à iustitia ad Misericordia divina Thronum intimè se sentiant compelli. Vid. Rom. II. 15. & cf. illos, qui quæstionem hoc spectantem, an Gentiles conscientiam malam tranquillam reddere posuerint? ex instituto tractandam sibi sumserunt: quod inter alios fecit Abrahamus Jäschke / Thorunensis, in Disp. de argomento hoc conscripta, & sub Præsidio Dn. Ioh. Cypriani, Profess. Lipsiens. habita Lipsiæ 1697, ubi plures hic pertinentes autores allegantur. Hoc ipso tamen Gentilibus Salutem, quæ ad Christianos solos pertinet, non adjudicamus, neque

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
21  
20  
19  
18  
17  
16  
15  
14


Rationis Lumen ad id, quod Revelationis est, æquiparamus; qui tam inter utrumque intercedere differentiam lubentes confitemur, quanta inter Lune & Solis Lumen intercedere nequit. Cæterum inficias ire nolim, à Deo in ipsis Ethniciis, si Rationis Lumine ad eum finem, in quem datum est, recte utantur, majus quoque Lumen accendi; sive per immediatam id fiat Revelationem, sive alio quoque modo: siquidem impervestigabiles Sapientia & Cognitionis Dei via immensa nobis adhuc sint profunditas, ad quam perspiciemus oculorum nostrorum acies longe non attingit. cf. Rom. XI. 32, 33. ac vid. D. Speneri Consilia & Responsa Theolog. Part. I. p. 46. ubi quoque singulare & elegans D. Dannhaueri hac de re Apophthegma allegatur.

### QUÆSTIO XXIX.

An Doctrina de Imputatione, si rectè sobrieque doceatur, obstat studio pietatis?

**H**ac quoque iniqua Imputatione Ecclesiæ nostræ gravantur, ac si heo ipso, quod adeo diligenter Doctrinam de Imputatione iustitiae aliena urgent, propriam ac inherentem Injustiam sublatam vellent, &c, exceptis quibusdam, quæ ex hypocrisi & externe tantum fierent, operibus de veris Spiritus Sancti fructibus parum solliciti essent. Non exigua, fatator, hæc est Imputatio: &, si illa ex eo demonstrari posset, quod Doctrina Evangelico-Lutherana, utat in debita sua puritate conservata, tantam impietatem necessario inferret; haberent sane omnes vera pietatis studiosi, quod ipsis nausicam adversus Ecclesiam nostram pareret. At non dubitamus, fore, ut contrarium mox patescat ei, qui publicam nostræ Ecclesia doctrinam penitus inspiciat, cognoscatque, tantum abesse, ut vera illius sententia pietati obstat, ut huic potius quam maxime sit profutura. Satis nempe jam à Theologis nostris est probatum, hanc ipsam præcipue ob causam illos sanctam hancce Thesin adeo urgeare, ut homo peccator, agnito pariter divina Injustia ac Misericordia fervore, novam gratiam eo majori sollicitudine curaque observet, ac custodiat; utpote haud ignarus, tanto graviores contentæ novi fœderis gratia penas fore, quanto majore Evangelii gloria splendore ac Majestate Legis Ministerium superasset. 2. Cor. III. 7, 8, 9. seqq. Ebr. II. 1-4. Adeo præcipuum Imputationis finem in eo etiam consistere, ut Deus eo liberius cum homine reconciliato possit agere, amissamque restaurare imaginem;

ginem; si homo peccator, aliena Christi justitia præditus, ad Deum, qui improbos fugit, & abhorret, possū eo confidentius accedere, ejusque gratiosum auxilium ad subigendum peccatum implorare. Denique ipsius Fidei Naturam, vel, (ut B. Brentius ait,) *Ingenium esse bene operari*, supra jam à me demonstratum est: Et ipsa Aug. Conf. p. 11. docet: *ILLAM Fidem*, (scilicet quæ justificat,) *debet bonos fructus patere*: add. *Apol. A. C.* p. 95, 96. & ipse judica, ex quoniam principio bona opera orta velint? ac, an externe tantum illorum speciei rationem habeant? Quare non video, quomodo Ecclesia nostra. (si Pseudo-Lutheranos excepis, quos pro ynnios Lutheranis Ecclesia non agnoscit, & plurimos tamen esse ingemiscit,) jure id possit tribui, ac si parum de vere-bonis operibus cogitet: quæ tamen summe necessaria ubique profitetur. conf. quæ Lutherus de Fidei Indole habet in Praefat. nunquam satis landanda super Epist. ad Rom. & D. Isaaci Faustii supra pag. 9. cit. Disput. Argentorat. habitam 1686. de Fide bonos fructus parente. Nec non, quæ hic præcipue est alleganda, *Summe Venerandi Praefatis Theolog. Moral. L. VIII. de Iustif.* p. 69. seqq. ubi plura hujus rei testimonia ac testes sunt producta. Demus itaque operam, ut Sancta Evangelii divini Veritas in Doctrina pariter ac Vita suam ostendat puritatem ac virtutem: sic nullus dabitur Impietati locus, sed potius re ipsa sentietur MAGNUM, imo MAXIMUM in hac Doctrina VERAE PIETATIS MYSTERIVM continet.



## ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

### I.

**A**D Iustificationis vocabulū tanto distinctius intelligendum posset quoque sequens adhuc distinctio haud incommodè conferri: quod scilicet *IUSTIFICATIONE* sit vel *activa*, qua quis iustificatur, vel *passiva*, qua quis iustificatur; vel *subjectiva* & *habitualis*, qua quis iustificatus est. Quocunque autem sensu acceperis: poterit ea etiam porto spectari vel ut *transfusiva*, quæ ratione termini ad quem terminatur in alio: Vel *transfusiva*, quæ ratione termini ad quem in ipso iustificante terminatur.

2. Est porro & hæc notabilis distinctio, quod ipsa *Iustificatio Forensis* dupliciti modo spectari possit; quatenus illa nempe vel sit *coram Iudice*,

34  
33  
32  
31  
30  
29  
28  
27  
26  
25  
24  
23  
22  
14  
15  
16  
17

judice, qua Actor aut Reus causam suam ipse justificare studet; vel à Judice, quatenus causa non à partibus, sed à judice justificatur, quod sit sententiam vel pronunciando, vel quoque excipiendo, conf. quæ jam superius sunt dicta ad quæst. II. in quorum supplementum hæ ipsæ distinctiones adhiberi poterunt.

3. A Iustificatione Hominis peccatoris coram Deo rectè excluduntur propriæ Vires, propria Opera, propria Merita: ideoque illa nec est naturalis; nec gratia quoque fructibus seu bonis operibus ex gratia profectis ita potest tribui, ut eam illa vel operari vel promererit sint dicenda.

4. Iustificatio Hominis peccatoris & gratuita dici potest & non gratuita. *HOC* quidem: quia Mediator illam nobis promeruit, & Lytrum pretiosissimum pro nobis solvit. *ILLVD* autem: quia nos nullo modo promeruimus, ut tale Lytrum pro nobis solveretur.

5. Quemadmodum in hac via Iustitia Christi Imputata non tollit Hominis Inherentem: Ita in Futura Via Iustitia Hominis Inherens non tollit Christi Imputatam; Vtpote qua in hac vita magis pro tegumento, in altera autem magis pro ornamento indigebimus.

ERUDITAE DISPUTATIONIS  
ERUDITISSIMO DOMINO AVTHORI  
ET RESPONDENTI,  
PRAESES.

**Q**ui felicissimum beatissimumque illum statum, in quo conditus olim & constitutus homo fuit, quoque per peccatum, justissimo Dei judicio, excidit, & ad quem, miserante Patre cœlesti, per Christum, Mediátorem & instauratorem omnium, via recens, viva & vera dedicata nobis est, secreta atque devota mentis estimatione secum penitaverit: is sane summe admirandum, nec verbis satis explicandum, iustitiae & gratiae divinæ temperamentum concordiamque deprehendet; quod nimirum Deus omnes concluserit in inobedientiam, ut omnium misereatur, ac proinde haud abs te cum D. Paulo exclamabit: *O profundas inexhaustasque divitias sapientie, cognitionis, & gratia Dei salutifera, quæ in Iustificationis opere, (sic enim una voce significanti appellari ordo ratioque salutis nostræ solet,) miseris mortalibus apparuit, publice in Evangelio oblata, & contra Satanæ molitiones assiduas conservata,* saltem apud

apud aliquos, atque ē pertinacibus tenebris subinde in lucem prolatā est: quemadmodum ex Historia S. omnium seculorum abunde liquet intelligive potest, & vel Patrum nostrorum memoria testatur. Quis enim ignorat, D. LVTHERVUM, purioris religionis instauratorem divinitus excitatum & datum, in id cumpromis ineubuisse, ut summum hoc salutis caput, in Papatu penitus oblitteratum, reduceret, illustraret, & posteritati quam diligentissimē commendaret: quum vere judicaret, jacentē & perenne hac Doctrina, jacere & perire simul totam cognitionem veritatis; ea vero florente, florere omnia bona, religionem, verum cultum, gloriam Dei, certam cognitionem omnium statuum & rerum. Hinc etiam pii Confessores in Apologia A C. clementes patientesque aures sibi dari à Carolo V. petierunt, cum rationem redderent fidei ac spei suae de hac controversia, utpote in qua præcipius locus Doctrinæ Christianæ agitur, ac qui (lieeat mihi vernaculo sermone verba proferre, quia ponderosiora & pleniora sunt, quam in Latino exemplari leguntur,) zu klarem/ richtigen Verstande der ganzen H. Schrift fürnehmlich dienet/ und zu dem unaufspprechlichen Schatz/ und dem rechten Erkanntis Christi allein den Weg weiset/ auch in die ganze Bibel allein die Thür aufschaut/ ohn welchen Artikel auch kein armes Gewissen einen rechten beständigen gewissen Trost haben oder die reichthümer der gnaden Christi erkennen mag. Quæ cum ita sint, ubivis ea dilucide docente Scriptura S. hæc doctrina nunquam satis tractari & inculcari nec quicquam de ea remitti potest; sed si istam videris labefactari aut periclitari, non verebere vel Petro, vel Angelo è caelo resistere. Hic summe necessarium est inflexibilem & obstinatum esse, neminem audire, nemini cedere, sed unice hærcere per fidem in Christo, qui est πρῶτος verus Doctor ad justitiam, & ἡλιός νόμου, εἰς δικαιοσύνην πάντα τῷ πιστεύοντι, καὶ τελεωθεῖς ἐγένετο τοῖς ἀνεργοῖς αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰτοντις. In corde ergo nostro iste unus regnet articulus, scilicet fides Christi; ex quo, per quem, & in quem, omnes nostræ, diu noctuque fluant & refluant Theologicæ cogitationes, prout Lutherus de se scribit. Nec existimemus cogitationibus, clamoribus aut disputationibus rem absolvi, aut actionem levem esse, quando audimus vulgo forensem dici & in imputatione consistere. Quin potius perterriti procesu judiciali, discamus supplices provocare à iudicio & justitia divina ad misericordiam, & confugere μετὰ παῤῥοϊας ad thronum gratiæ. Sola enim Fides apprehendit Christum, (ut Megalander iterum) & habet eum presentem, inclusumque tenet, ut annulus geminam,

&amp; qui

34

33

32

31

30

29

28

27

26

25

24

23

22

14

15

16

17

¶ quis fuerit inventus hac fiducia apprehensi Christi in corde, illum reputat Deus justum. Vites igitur somniatores Sophistas, qui Christum nobis sic iustitiam & sapientiam faciunt, ut semper vel objectum, vel causam iustitiae nostra statuant, usum vero ejus, qui est per fidem in eum, penitus ignorantes, de quo solo loquitur Paulus I. Cor. I. 30. Fides enim in Christum facit eum in me vivere, & moveri, & agere, non secus atque salutare unguentum in agrum corpus agit, efficiturque cum Christo una caro, & unum corpus, per intimam & ineffabilem transmutationem peccati nostri in illius iustitiam. Verus itaque salutaris natus hujus Doctrinæ, teste B. Gerhardo, imo Scriptura & experientia, in seriis temptationibus & conscientia angoribus demum conspicitur, nec, ceu Confessores Art. XX. A. C. plam mentem expresserant, sine illo certamine perterre factæ conscientiae intelligi hac Doctrina potest. Quare male de ea re judicant homines imperiti & profani, qui Christianam iustitiam nihil esse sanniant, nisi civilem & philosophicam iustitiam. Unde procul arcendos esse ait Luberus, qui distinctionibus è suo cerebro depromis, iustitiam aliam moralem, aliam fidei, & nescio quas alias, ad Theologiam afferunt. *Iustitia enim Christiana & humana non tantum prorsus diversa, sed contraria quoque sunt.* Verum de his atque talibus, plura dicere nec vacat, nec opus est; cum Tu, Clarissime charissimeque Dn. HEPPLEN, vestigia Prophetarum & Apostolorum, Nostrique Lutheri diligenter premens, omnes fere controversias hic occurrentes, breviter & nervose, modeste insuper & in charitate, attigeris & contra veteres novosque hostes disceptaveris, non tantum exercitii gratia, ut plerique Juvenes facere solent, sed veritatis & conscientiae causa. Quapropter non possum non Tibi de tam egregio sacrorum &udiorum specimine gratulari, & ominari, Te vota expleturum B. Brentii: Utinam Christiani (addo ego, Doctores & ministri verbi) iustitiam fidei recte intelligerent, maiorem certe in rebus spiritualibus diligentiam adhiberent, semperque in pietate proficere studerent. Ego sane audacter pronuncio, & expertus loquor, paucissimos etiam inter nos recte hunc articulum capere & tradere, siveque gravissime errare, si non in theoria saltet in praxi, ita ut dicere nequeant cum Apostolo Rom. IV. 31. legemne igitur tollimus per fidem? absit: imo legem stabilimus per fidem. Vale in Domino, Amice æstimatisse, & quod cœpisti, habesque, retine & urge, memor vaticinii Lutheri in Expl. Joh. VI. T. V. Alt. p. 682. Ich sorge/man wird bey dem Artickel nicht bleiben/und es sind leider bereit unter uns viel/ die ihn verachten sc. Ich will aber an dem Artickel lernen und lehren so lange ich lebe sc. Deprop.

Giel. d. XX. Octobr. 1708.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn841408491/phys\\_0069](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn841408491/phys_0069)

DFG






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn841408491/phys\\_0071](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn841408491/phys_0071)

DFG





### THES. IX.

nine Theologorum digni sunt, qui sub orbitibus, quibus non solum pax & tranquillitas, sed etiam praecipua doctrinæ salvificæ luntur, cum Autoribus istorum motuum vel amicitiam, aut ipsorum deliria, si non ex nrejiciunt.

### THES. X.

per DEI gratiam nullus sit defectus librorum orthodoxis Theologis conscriptorum, purorum Mysticorum scripta, aut illa, quæcum orthodoxe quidem sentientibus non tamen ibus consignata, tanto studio præ aliis communisimul prodere gestiamus animum nostrum parum faventem.

### THES. XI.

piam Theo'gorum de Fanaticorum Scriptis isaret, causam allegans, quod illa non legerit, exerit, de illo parum sibi promittere potest æprimis si talia scripta passim ab auditoribus dictum Doctoris sui desiderent.

### THES. XII.

eologorum contra haereticos seductores fermentum aut Magistratum in eisdem anti- atenus vel ab officiis publicis removentur vel privantur, vel exilio multantur, ferre non abunde significant, quod Indifferentissimo atque fenestras apertas cupiant.

### THES. XIII.

um hactenus Ecclesia IESU Christi per publicationem & bene ordinatas institutiones es habuit accessiones; ita postquam Collegia eteqve instituta in & per se nullam merentur commendari & frequentari coperunt, parum utili-

34

35

36